

XXIX
FROM.

S. F. D.

TRACTATIO INAUGURALIS

DE

CONDOMINIO TERRITORII,

Quà cum Superioritate conjunctum.

AUTORITATE ET DECRETO

MAGNIFICI AMPLISSIMIQUE IURIDICORUM ORDINIS

IN

Celeberrima æquè ut Perantiqua

EBERHARDINA PATRIA,

PRÆSIDE

DN. JOH. ANDREA Frommann/

J. U. D. & P. P.

Pro Summis in Utroq; Jure Honoribus & Privilegiis ritè promerendis

Solenni Eruditorum censuræ submissa


ab

ULRICO THOMA Lauterbach.

In Aula Nova,

Ad Diem 17. *Febr.*

Anno P. V. M DC LXXXII.



TUBINGÆ,

Typis Martini Rommeii.

SERENISSIMO.

PRINCIPI. AC. DOMINO.

DN. FRIDERICO. CAROLO.

DUCI.

WIRTEMBERGIÆ. ET. TECCIÆ.

COMITI.

MONTISPELGARDI.

DYNASTÆ.

HEYDENHEMII.

ADMINISTRATORI.

ET.

TUTORI. SUPREMO.

HEROI. MAGNANIMO.

PRINCIPUM. GERMANIÆ.

DECORI.

DITIONUM.

VOTO. ATQVE. DESIDERIO.

SUBDITORUM.

PATRI. TVTORI. NVTRITIO.

PRINCIPI.

PIO. FELICI. OPTUMO.

QUEM. THEMIS. ET. PIETAS. QUEM. PLEBS. ET. CURIA. LAUDANT.

DOMINO. MEO. LONGE. CLEMENTISSIMO.

CLYPEUM. REGIMINIS. FIRMUM.

CULMEN. SUPERIORITATIS. STABILE.

SALUTEM. TERRITORII. PERENNEM.

TEMPORA. SENECTÆ. PYLIA.

UTROQ. ÆVO.

IN.

SERENISSIMA, CELSITUDINE. ET. CELSISSIMA. SERENITATE.

VIRENTIA.

ÆTERNA.

AUGUSTISSIMÆ. DOMUS. WIRTEMBERGICÆ.

FASTIGIA.

VOTIS. EXPETIT. DEVOTIS.

SIMULQ.

HANC. UT. VOCANT. INAUGURALEM.

IN. SUBJECTISSIMÆ. DEVOTIONIS. ARAM.

C. O. D.

HUMILLIMUS. CLIENS. AC. SERVUS.

ULRICUS. THOMAS. Lauterbach.



C. I. N. D. N. J. C.

TRACTATIONIS

De

CONDOMINIO TERRITORII.

QUA CUM SUPERIORITATE CONJUNCTUM.

PROOEMIUM.



Isi fallor, præfationes & libentiùs nos ad lectionem propositæ materiæ producunt, & cùm ibi venerimus, evidentiorem præstant intellectum: sunt verba *Caji. in l.* 1. *inf. ff. de O. I.* Quæ observari in more hucusque positum, nos intuentes, illorum exemplo insistimus; hoc præmisso principio, ceu cujusque rei potissimâ parte, per *d. l.* quo nempe B. L. hujus instituti cognitam satis habeat rationem, tanquam in quibusvis adprimè necessariam. Itaque Mi L. A. quo in ipso velitationis frontispicio status negotii appareat, dicimus, nos hîc sistere materiam, de *Condominio Territorii cum Superioritate Territoriali conjuncti*, quâvis ex parte satis spinosam; quam B. Dn. Mev. *p.* 4. *dec.* 1. *num.* 10. delicatam rem, & circumspectè tractandam, appellat; & Gylmann. Meichsner. Rudinger. ap. Dietherr. *in contin. Thes. Pract. Besold. voc.* Lands-Obrigkeit. *Materiæ hujus Difficultas.*

ita de ead. scribit: De Lands-Fürstl. Obrigkeit aliquid scribere difficile est, cùm nomen & res der Fürstlichen Lands-Obrigkeit und Oberherrligkeit nec formâ, LL. & juris usu definita, nec certis limitibus circumscripta, adeoque juri nostro scripto incognita, & solis moribus introducta, varieque usurpata sit: Quod idem variis authoritat: confirmat Wehner *Obs. Pract.p.* 332. cùm Speid. *Spec. Lit. I. num.* 80. qui ex Rutg. Rulando: Dolendum inter tot Scriptores vix unum vel alterum attingere ea, quæ ad usum nostri temporis spectant: cùm tamen sine penitiore hujus materiæ cognitione, difficile sit in summis Dicasteriis, Aulisve Principum versari: Oleumque ac operam perdit, qui antiquum Juris Romani statum ad hodiernum metiri velit; dum non sine Fato fortè à Caroli M. tempore variæ mutationes Imperii, ipsum quoque Jus mutabant: Dico autem Fato, non Stoico, nec Epicureo, sed Fortunâ, Divinâ i. e. providentiâ, quâ cunctæ Civitatium mutationes & eversiones accidere solent. *Dan.* 2. *Prov.* 8. & August. *de Civ. D. c. XI.* ubi à minori ad majus: Si Deus crinium & bestiarum quandam habet curam, multo magis habebit circa Civitates. Add. Reverendiss. hujus Almæ DN. Cancellarium D. Osiandr. *ad proleg. Grot. de I. B. & P. O.* 5. 6. & per conseq. absonum etiam est, quod olim non nemo in tales effectus tantam vim Astris adscripserit, utpote, quæ inclinent licet, nihil tamen necessitant; præter Lips. *de fato, v. Bœcl. Inst. Pol. l. 4. c. 2. & l. 5, c. 2.* Cùm verò principio fermè rerum mortales, dum plurima pars hominum suâ sorte non contenta, imperandi præsertim cupiditate rapti, ut Athenienses, non minimum inde contraxerint odium, v. Thucid. & Justin. Tr. ac eandem quoque, ceu titulo hereditario relictam, apud non paucos liceat intueri; nulla enim amicitia tam arcta est, nulla familiaritas tam sancta, quam animus regnan-

gnandi cupidus non contemnat & violet. Alth *c.*31.*f.*348. quare tam multos passim aditus & exitus Regiarum sanguine resperſos legimus. v. Lipſ. *Mon. & Ex. Pol. c.* 5. Antimach. *l.* 3. *f* 464. ſed & Monarchia in Ariſtocratiam, vel **was einherrig / in mehrherrig** neceſſitatis ſuaſu commutatum: unde ſubortum eſt *Condominium*; Quo de cum ap. Authores hinc inde nonniſi perpauca, eaque ſparſim, reperiantur, operæ pretium eſſe duximus, in id meditationibus Inauguralis Diſputationis nos immittere; Idque eò magis, dum hoc ubique in Germania frequentiſſimum, quòd plures unius territorii Domini ſint, atque ob id Juribus territorialibus conjunctim gaudeant: **das eine Herrſchafft / zwey- drey- oder mehrherrig** / & ejusdem ſubditi eos conjunctim pari vel impari jure recognoſcant Dominos; quemadmodum **im Land Francken biß-weilen** 9. **oder** 10. **Herren die Vogteyligkeit in einem Dorff** ſeparatim, interdum conjunctim, **daß etliche ihre Schultheiſſen haben** / & tamen judicium habent commune **der Dorffsherrſchafft**. Dietherr. *d. l. lit.* Z. *num.* 24. Beſold. *de ſucc. & mut. Imp. c.* 3. *num.* 42. *p.* 140. & ſimile Sereniſſimus Wirtembergiæ Dux cum pluribus exercet Condominium. e. g. **Oeſterreich / Churpfaltz / &c.** ubi nunc prolixiores eſſe nolumus. Siſtimus ergò præſens argumentum exemplo alterius Candidati, qui haud ita pridem *Ampliſſimi, Excellentiſſimi & undiquaque Famigeratiſſimi* DOMINI PRÆSIDIS, ex voto B. Dn. Parentis Curatoris nuper mei, quavis occaſione vigilantiſſimi, Patroni itidem, ut O. M., ad cineres ita obſequioſè proſequendi, ſuaſu, de generali Condominii materiâ, parili meditationum genere præivit: & ad providentiam DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI omnes actus & conſilia referentes, progredimur.

TRACTATIONIS
De
CONDOMINIO TERRITORII
CAPUT I.
Exhibens
Ejus
DEFINITIONEM NOMINIS.
THESIS I.

Tractationis de Condominio Territorii *Pars* Generalis. *Ejus* Definitio Nominis *nempe* Etymologia *vocis* I. *Territorium*


Ett. JCtorum exemplo insistentes, *§. 2. l. de obl. quæ ex del nasc. l 1. ff. qui sat. cog. l. 1. l. 2. l. 6. ff. de R. C.* add. Arum. *de l. P. V. 5. disc. 1. c. 1.* ad verborum interpretationem à fronte pervenimus: Prima autem inscriptionis nostræ vocula *Territorii*, item, *Superioritatis Territorialis*, juxta varios variam sortitur derivationem: Scil. secundum Frontinum *de agr. qual.* & Cujacium *ad l. 53 C. de Decur.* à *Terrâ*, quam vocem univocam putat Knich. *de subl. terr. jur. c. 1. n. 175.* dum terra sæpiùs in jure nostro ager dicatur, ager verò territorii loco; itidem, quia territorium & gleba sæpe pro eodem sumantur, gleba autem terræ cespitem denotet. *l. 13. §. 1. de S. P. R.* v. Schard. *Lex Jur h v. ubi Frontinum excusat.* Juxta Varronem *l. 4. de ling. lat.* *à Terendo*, unde nonnunquam *Teritorium* legimus, ut nempe sit area terendo & excutiendo frumento comparata. Car. du Fresne *Gloss. ad Script. med. & inf. lat. h. v.* quod teratur pedibus. Chr. Becman. *de orig. lat. ling. voce tero. p. m. 491.* Cum Isiodor. *14. orig. 15.* quasi *Tauritorium*, tritum bobus & aratro. Antiquos enim, sulco ducto, possessionem & territoriorum limites designasse, scribit Besold. *de jur. rer. faml. diss. 6. c. 1.* Chr. Ming. *de Sup. Terr. c. 1. th. 6.* quâ ratione territorium ambitus terræ, pertinentis ad Civitatem, Geländе/Schneide. Matt. & Schard. *voc. territorium.* Knich. *d. c. 1. num. 177.* Anonym. *Thesaur. Pract. c. 13. §. 1. num. 4.* Vel porrò à *terrendis hostibus.* quæ sententia Siculi Flacci *de cond. agr.* H. Grot. *de l. B. & P.*

& P. l. 3. c. 6. §. 4. Turneb. *t. 1. in var. de ling. lat. pag. 273.* qui ita: territis fugatisque inde civibus territoria dixere. Et porrò; Bellis enim gestis, victores populi terras omnes, ex quibus victores ejecerunt, publicè territorium dixerunt. v. Dn. Struv. *S. I. C. Ex. 41. thes. 19.* Denique à *terrendi jure*, ex JCti Pomponii opinione *l. 239. §. 8. ff. de V. S.* quo respectu Territorium dicitur *Mandamentum* ap. Cod. Fabr. *l. 3 tit. 12. def. 28.* item, *Territamentum*, scil. jurisdictio & coercitionis superioritas, districtui cohærens. Ming. *d. §. 6.* Marp. Consil. *vol. 2. cons. 30. n. 94.* Adr. Turneb. *Advers. l. 14 c. 13. p. 428.* quòd nempe ii, qui possident territorium, habeant jus terrendi & submovendi, per *d. l.* & arg. *l. 1. de test. l. 35. de mort. c. don. c. forus. x. de V. S.* Schurff. *cent. 1. cons. 26. num. 6.* Carpz. *l. 5 c. 3. R. 15. n. 13.* & *l. 2. c. 2. R. 15. n. 7. 8.* Ex quibus facilè apparet, unde (2.) vox; *Territoriale*, originem trahat. (3.) *Superioritas* descendit à *suprà*, aut antiquo, *superus*: unde *superior*; quod voc. aliàs comparativè denotat altiorem, excellentiorem, majorem, potentiorem, sublimiorem, potestatem, personam &c. ut apud Calepinum aliosque Lexicographos.

2. *Territoriale.* 3. *Superioritas.*

II.

(4.) *Condominium*, criticis invigilans, fortè derivaret à verbo: condo: quod idem, ac in unum do, M. Martin. *Lex. Phil. v. condo.* i. e. si plures se quasi in unum dent, conjungant, coeant: & Metonymicè loq. à Minos, sive Minoe, Cretensium & Rege & LLatore, secundum mentem Fl. Josephi *in Hist. Jud. p. m. 511. in f.* qui primus imperio maris potitus fertur, contra Seldenum *in Mar Claus. l. 1. c. 8* ap. Boëcl. *in diss. Minos, Maris Dominus. th. 1.* & ab Eusebio, Imperium maris Minoium refertur *ad A. M. 2575.* nam & in mari suâ ratione Territorium, & in id terrendi potestas, statui potest. add. Cœpoll. *de S. R. P. c. 26. n 12. 26. l. un. C. de classic.* ibi Brunem. & Perez. *l 3. ff. ne quid in loc. publ.* Knipsch. *de Priv. Civ. Imp. l. 2 c. 5. n. 38.* Reink. *de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. cl. 2. c. 9 n. 78* Sed rectiùs forsan ex præpositione *Con*, loco cum. Et, not. Scaligero, hæc dictio adhibetur vel ad necessitatem, vel elegantiam, vel in copulativam conjunctionem resolvitur, designando comitem, personã, vel rem, vel actionis modum, M.

4. *Condominium.*

Martin. *voc. Con.* ut itaque hæc præpositio, ad personas relata, copulet principales non cohærentes, æquè ac particula Et, *v. l. 36. §. 2. & l. 112. §. 2 ff. de l. 1.* denotans Plura, Communia. Bas. Fab. *thes. erud. Schol. h v.* hinc Plaut. Casin. *act. 11 sc. 11. v. 2.*

Nam vicinam neminem amo meritò magis, quàm te.
Nec qua cum plura sunt mihi, quæ ego velim.

German. zugleich/ mit/ samt; unde mit-oder samt-Herrschafft. Besold. *thes. pract.* cum Dietherr. *contin. h v* nempe inter duos sive plures: nam uti Romani unam vocem pro duabus, & duas pluresve pro una usurparunt. Robbig. *de reb. crit. l. 2. c. 17. 18.* ita, quanquam contra suum naturalem ortum, Duo, plura significare constat. Sic, tit. in ff. inscribitur de duobus R. C. non ac si negotium in tali numero includeretur; æquè, ut secundæ nuptiæ, licet tertiæ vel quartæ; & substitutus secundus dicitur heres, quamvis tertio vel quarto sit substitutus. Dn: Parens meus b. m. *adtit. ff. de R. C. in pr.* Robbig. *l. 4. c. 1. & l. 7. c. 4.* & porro à voce *Dominium*, quod à Dominus; & hic dicitur à Domo; loco scil. primitùs rerum, in quibus proprietas quæsita, possessiones concludente; inde libera de rebus ita quæsitis, disponendi potestas, per metonymiam effectus pro causa; effectus de causa testantis, dominium dici solet: Sc. ubi est potestas dominandi, imperandi, legem statuendi, ibi proprietas, arg. *l. 21. C. mand.* ut propterea Faber & alii dominium appellent Imperium, Herrschafft: unde Dominus, qui in potestate habet, cui servitur, qui alicujus rei proprietatem tenet; in quo sensu plures nationes quoque juxta suas conveniunt appellationes. e. g. Turcis Dominus est Beg, à Slavonico Bogim, timeo. Græcis, Κύριος à Κῦρος, autoritas. Hebræis, Adon ab éden, vel dun, i. e. judicare ex potestate: uti latiùs videre est ap. M. Martin. *voc. Dominus.* Hic tamen nolumus dici *Domnus*, quod in Mscris reperitur, & dicit functionem Ecclesiasticæ dignitatis. Voss. *de Vit. Serm. l. 1. c. 1. p. 171. & l. 3. c 10. p 433.* Sed nolumus in vocis Condominii Etymologicâ evolutione esse prolixiores, quia jam hic labor est impensus in Disp. cit. *de Condom. th. 2.*

III.

Homonymia.

Pergimus ad multifariam, pro diversitate opinionum, Territorii acceptionem; præprimis, quia nominis Terrritorii æqui-

æquivocatio nostros fallit; siquidem Itali, concesso castro, territorium concedi præsupponunt. Knich. *d. c. 1. n. 176. 241. 278.* cum tamen Unonima sive Æquivoca, uti Scalig., licet similem materiam, diversam nihilominus habeant formam. Sub pluribus verò formis etiam plura scatent entia. Scalig. *16. sect. 3.* cum Robbigio *de Reb. Crit. l 2. c. 5. p. 82. seq.* Significatus *Territorii* alius est in *Iure publico R. G.* alius *in Iure Civ. Rom. atque sic Justinianeo.* *Hoc modo* sumitur pro universitate agrorum. *l. 239. § 8. de V. S.* sc. intra fines cujusque civitatis, oppidi, villæ, districtus, pagi aut castri, *l. 4. §. 2. ff. de censib.* Knich. *n. 177.* Becmann. *de orig. ling. lat. d. v. p. 492.* add. Wehner. *pract. obs. verb.* Herrschafft. Dn. Struv. *Jus Sacr. Iustin. ad l. 1. C. t. 4. pr. p. 211.* jurisdictione quidem munitâ, sed non nostra territoriali; verùm ea, quæ magistratûs jure competit; & ita pro jurisdictionis talis districtu, ut sic ager, tanquam continens pro contento, accipiatur. Dn. Stryk. *de jurisd, circumf. Vol. 1. D. 22 c. 1. n. 38.* quia magistratus ejusd. loci intra fines terrendi, i. e. submovendi, jus habent, macht zu Bännigen. Schard. voc. territorium. quorsum *l. f. ff. de jurisd. §. 4. l. de Act. tut.* *Illo* modo, sumimus Territorium etiam pro universitate agrorum, jurisdictione munitâ, verùm immediatis Imperii Civibus competente, & Jus Superioritatis, der Lands-Obrigkeit, ei quidpe hodiè annexum, involvente. Dn. Stryk. *l. c.* Hocque respectu accip. interdum *activè & formaliter* pro ipsa Superioritate, vor die Lands-Hohe-Obrigkeit, Arum. *de l. P. Vol. V. Disc. 7. c. 5. n. 3.* interdum *passivè & materialiter* intelligendo, nempe pro terræ spatio hâc jurisdictione munito. Arum. *d. l. n. 4.* vel uti Doctores loq. pro universitate agrorum cum jurisdictione vel territione; & h. m. fertur, jurisdictionem territorio, tanquam nebula super paludem, cohærere. Germ. ein Landschafft, ein Weichbild, ein Gebiet. unde phrasis; so weit sich ein gebiet erstreckt und gehet. arg. *l. f. ff. de jurisd.* Besol. *de jur. rer. fam. d. c. 1.* Marpurg. Cons. *vol. 2. cons. 30. n. 94.* Ming. *d. §. 6.* quo in sensu, & pagorum, & oppidorum, & Civitatum, quod etiam ex *l. 3 § 4. ff. de sep. viol. l. 41. §. 5. ff. de l. 1. l. 28. §. 4. C. de Ep. & cler.* territoria rectè dicuntur, maximè verò provinciarum. M. Steph. *de Jdict. l. 2. p. 1. c. 7. n. 3.* eoque

Vocis Territorii in Iure Justinian.

Publico R. G.

quo tum activè *tum* passivè *sumitur.*

modo

modo pro districtu accip:, cui, tanquam qualitas inseparabilis, jurisdictio cohæret: Zas. *2. cons. 16. n. 42.* Ut hinc territorium sæpè pro jurisdictione ponatur, quia principaliter illam continere dicitur *c. 1. §. item si quis. 1. F. 5.* Nam qui habet territorium, jurisdictionem inhærentem glebæ, non ut qualitatem territorii activam, utpote, quæ personæ adhæret, & accepto territorio simul officium judicis assumit. Koppen. *Dec. 48. n. 4. 5.* sed Passivam habet; quo vendito, seu concesso, uno pluribus territorio, etiam jurisdictio ipsis vendita vel concessa censeatur. Gail. *l. 2. O. 62. n. 9.* atque hac ratione testes de territorio deponentes de ipsa jurisdictione deponere audiunt. Carpzov. *l. 2. t. 2. Resp. 15. n. 6. & P. 1. dec. 98. n. 7. 12.* Borell. *cons. 86. num. 11. 12.* Reink. *de R. S. & E. l. 1. cl 5. cap. 1. n. 2.* Vi ergo derivationis suæ, à terrendo, accip. pro jurisdictione & Superioritatis jure ac exercitio, Imperatori aliàs, ut in toto Imperio, sic & ibi, competente, in alium cum ipso territorio translato; non tamen ut Superioritas Absoluta & Imperialis, quæ fundatur in supremo & universali totius Imperii dominatu, supra quam, ceu concessionis nesciam, non datur ascensus. Bald. *cons. 434. n. 1.* sed Territorialis, semper inferioris respectu sic dicta, quæ se habet ad subjectionem ut correlatum, & consistit in certi destrictus jurisdictione ac imperio, salva, uti dictum, & illæsa semper supremi dominatus recognitione. Reink. *l. 1. cl 5. c. 3. n. 8. 18. & 21.* Nec sicco pede præterenndum, quòd territorium pro toto Orbe, non quidem propriè, sed *κατὰ συνεκδοχὴν* accipi putet Otto *l. P. c. 6. p. 114. per l. notabilem ἀξίωσις. 9 ff. de L. Rhod. de jactu.* ubi Imperator mundi Dominus. add. *l. 3. in f. C. de quadr. prascr. Nov. 105. c. 2. §. f. §. 3. I. de succ. libert.* quod tamen assertum, ceu, inter alios plures, magnum errorem notavit Boëcl. *in not. ad d. c. 6. p. 14.* cum Grotio. *de I. B & P. l. 2. c. 22. §. 13.* qui stultum illum assignat titulum, ut

An pro toto orbe?

Orbem jam totum victor Romanus habebat.

per complexionem, excessum vel excellentiam dicatur. quo itidem respectu tanta titulorum moles sub *Init. Proœm. J.* congesta, accurante Vinnio. cum tamen ne Europa quidem tota, multò minùs Africa & Asia Romanis fuerint subjecta. Dn. Ziegler *in not. ad d. §. 13. Grot. de I. B. & P.* præter alios Comment. ad d. l.

quos

quos v. ap. Dn. Strauch. *de Imp. Mar. c. 3.* add. Limn. *de I. P. l. 2. c. 8. cum Addit. ad d. l. Tom. 4.* ubi hoc argumentum pro & contra eruditè examinat. it. Vasq. *l. 1 controv. 20. per tot.* junct. *contr. 21. n. 3.* Totus igitur orbis, i. e. Imperium Romanum, intellige, ea orbis pars quæ sub Romanis erat; per Synecdochen, uti dictum, totius, cùm totum integrale usurpatur pro parte. Unde Cic. *Ep. l. l. 4* Rem vides, quomodo se habeat, orbem terrarum, distributis imperiis, ardere bello. Reverendiss. Dn. Osiander *ad d. l. Grot.* Voss. *part. orat. l. 4. c. 6. §. 6.* Steph. *l. 2 p. 1. c. 1. n. 53.*

IV.

Quantum ad *Superioritatis Territorialis* significatus varios: Talem hîc non accipimus, quo sumitur pro potestate Imperatori in territoriis competente, sed ab eo translatâ, salvo tamen Suprematûs jure: quod, uti dictum, omnis translationis & concessionis expers. Cùm autem hæc potestas ita translata, non iterum sumatur pro Regalibus, quæ in territorio aliquo exercentur, pariter ex Imperatoria concessione, ast non in proprio, verùm alieno, & sic non ex Territorialis Superioritatis jure, sed vi regalium specialiter concessorũ: Quemadmodũ provincia quædam 2, 3, oder mehr-herrig dicitur; ut unius quandoque sit die Lands-fürstliche Obrigkeit / qui ejus vigore habeat, die Lands- und Heers-folg / Erb- und Land-Huldigung / Landtäg auß-zuschreiben / affixionem mandatorum & edictorum in universo territorio circa collectas, Aufforderung und Musterung / Statt / Dörffer und Vestung mit Soldaten besetzen / ponere insignia, affigere salvas guardias, concessiones & confirmationes privilegiorum, jus Fisci, Archivi, mutandi Religionem &c. alius possideat deß Landes Hoheit und Herrligkeit / cujus, Zoll / todt und lebendig Geleyt / jus recipiendi Judæos, & inducias moratorias &c. verba sunt Arumæi *de I. P. Vol. 1 D. 13. q. 12.* Besoldi *de Imp. & fam. or. c. 33. n 32.* Sed in universali complexu omnium, Imperatorialiàs, ut in toto Imperio, sic in tali districtu aut loco, competentium regiæ potestatis jurium, scilic. realium: per quæ nostri Condomini, in suo territorio, tantum, quantum Imperator in universo, possunt, ex vigore Superioritatis Territorialis der hohen Lands-Obrigkeit: quæ est dictio generalis, ergo realiter & effectivè, sine differentia à Lands-Fürstl. Obrigkeit accipienda. Nam, ubi non Landes / oder Hohe- Ober- und Herrligkeit / ibi nec Lands- *Vocum Superioritas Territorialis.*

Fürstl. Obrigkeit. & semper, ubi Lands-Fürstliche Obrigkeit/ ibi necessariò Landes/oder Hohe-Ober-und Herrligkeit/sub cujus nomine & qualitate omnis Superioritatis concessio fiat necesse est. Reink. *l. 1. cl. 5. c. 2. n. 8.* Hinc omnes Superioritate Territoriali gaudentes, in eo, quòd æqualem Regalium dignitatem habent, æquiparantur & pares esse censentur: sive Principes, Marchiones, Comites, &c. sint, atque sic etiam die Lands-Fürstliche oder Lands-Hohe Obrigkeit. Reink. *l. 1. cl. 5. c. 3. n. 11.* unde der Augspurg. Confessions-Verwandten Ständ Land-Obrigkeit/ *in Pacif. Osnabr. art. 5. §. 9.* appellantur: licet ordine dignitatum & præeminentiæ distinguantur: licet & ab uno territorio interdum plura, pauciora, absint, vicinis Territoriorum Dominis concessa, Regalia, propriis denegata. Quare Superioritas Territorialis in Principe Lands-Fürstliche/ in Comite Gräfflich/ in Civitate Stättlich dicitur, ut sic cujuslibet sit deß Landes Hoheit und Herrligkeit. Ampla enim, an parva sit urbs, ait Plato *in Politico, secundum vers. Marsilii Ficini*, nihil refert ad imperium v. ult. Klock. *de contrib. c 5. n. 38. 71.* Bidemb. *nob. quæst. 1. n. 10.* Knipsch. *l. 2. c. 5. n. 17.* Paurm. *de jurisd. Imp. Rom. l. 1. c. 8. n. 6.* Knich. *c. 1. n. 174.*

V.

Vocis Condominium. *qua Sumitur vel* Strictè *vel* Latè.

Condominium in *angusto* suo significatu denotat plurium jus in re corporali, quo eadem propria ipsorum est, pro partibus indivisis: & sic potestatem, eandem vindicandi. *l. 1. l. 23. l. 56. ff. de R. V. §. 1. inf. l. de Act.* B. Dn. Parens m. *ad d. t. de R. V. §. 5.* B. Dn. Brunnem. *ad d. l. 56.* Greve. *de Domin. c. 1. eff. 1.* Alia vero ratione, *largo* nempe modo, Condominium etiam accip. pro Objecto omnium juris in re specierum, rerumque incorporalium, quæ sua natura nec tangi, nec propriè possideri vel tradi queunt, sed formam & esse suum substantiale, per solam animi censuram à jure habent. uti sunt: hereditas, obligationes, servitus & similia jura. *pr. J. de reb. corp. & incorp.* ibi Frantzk. *l. 1. §. 1. de R. D.* & neutiquam existunt in corpore quodam naturali; sed, uti Hahn. *ad W. in d. t. de R D. §. 4.* in substantia incorporea substantiantur, creantur & nominantur à jure; unde jura corporibus opponuntur, *l. 2. §. f. l. 15. §. 2. ff. de precar. l. 19. ff. de damn. inf.* add. *l. 3. in f. ff. si usf. pet. l. 15. §. 8. ff. quod vi aut clam.* ac omnino Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 20. th. 1. lit. L.* Joh. de Sesse, *de-*

cis.

if.79 n.34. & infra videbimus nonnulla rerum incorporalium, regalium huc ſpectantium nempe, quæ duo vel plures in alieno territorio conſequuntur, Condominia. Aſt in præſentiarum prior ſignificatus nihilominus noſter erit. Quamvis enim de Superioritate Territoriali etiam acturi ſimus, habet tamen ea ſe ad territorium, ut virtutes dominii rei corporalis ſingularis ad ipſum dominium; quod, uti cum ſuis virtutibus comparatum eſt in ipſam rei ſubſtantiam. Hahn. *ad W. ff. de R. V. n. 3.* ſic, qui illud habet, ipſam rem corporalem habere dicitur. Pari ratione qui Condominium Territorii, in noſtro ſignificatu accepti, illi unà jura ejusdem, Territorialia nimirum, habent; iis dominii jure utuntur, eadem dominii & libertatis jure defendunt. Territorium enim, cùm ſit terræ ſpatium, & univerſitas agrorum, jurisdictione munita, licet ſinguli agri non ſint in Condominio id habentium, totum tamen conjunctum, quod corporalis res eſt, omninò ipſorum eſt. *Quomodo hic?*

VI.

Præterea uti Condominium in genere accipi poteſt etiam de dominio plurium in una re pro *partibus diviſis.* vid. *d. Diſp. de Condom. θ. 10.* ſic quoque Condominium Territorii non repugnat quidem huic ſignificationi: ut, ſi numero unum & idem Territorium Condomini diviſerint in certos diſtrictus ac diœceſes, & quisque certam partem non aliter, ac totum quid poſſideret. Quemadmodum integra aliàs etiam regna talia ſentiunt fata, Monarcha mortuo; ut Græcorum poſt Alex. M. obitum. ſic & die groſſe Alleinherrſchung in Japonia propter effœminatum Darii regimen in multorum excrevit dominia. Arn. Montanus. Denckw. Geſandſch. *ad Caeſ. Jap. p. 48.* Verùm nos hoc in loco accipimus pro Condominio Territorii, realiter non diviſi, adeoque ubi adhuc junctim & indiviſim poteſtatem in eodem Condomini habent, & ſic neutri facultas, quicquam, altero inſcio vel inconſulto, in iisdem, quæ ad communionem ſpectant, jure faciendi, relicta. Quomodo in ſimili, in Democratia, multi, i. e. populus ſive omnes (ſingillatim ſumtis parentibus) in Ariſtocratia, pauci (reſpectu omnium, contra ſingulos ſinguli) ſimul ſumti, indiviſim clavum regiminis tenent. J. A. Boſ. *Introd. in not. Rer. c. 30. §. 23. & paſſim ap. Politicos.* Ac quamvis (ut liceat hîc nonnihil à via divertere) Boſ. ſentiat, *An & pro partibus diviſis?*

illam hodiè non, (vid. omnino Orat. Serenissimi Wirtembergiæ Principis GEORGII FRIDERICI. *de Causis Democrat. temp. belli corr. & conserv. d. 29 Nov Ann. 1675. in Illustri, quod hîc Tubingæ, Colleg. hab.)* & Dn. Clasen, hanc, ceu raram & difficilem, vix puram inveniri, putent; attamen, præter alias, parvo licet numero, purissima extat Venetorum Aristocratia; quæ ob singularissimam Regiminis ordinationem ad XII. jam Secula, ab omni alieno se liberam conservavit imperio, & quidem in summo fastigio, (nisi dicerem, quod Sec. XV. cum fœdere Cameracensi potentia aliquatenus declinare cœperit) ut procul dubio in tota Europa vix similem inveniat. Licet autem hæc Resp. Venetorum 1. Duces ab Ann. 697. & post quædam intervalla denovo à Sec. XIII. constituerit, tamen nihil officit puritati Regiminis Aristocratici; modò nobilissimam & adprimè necessariam (etiam in I. R. G. Regno Pol. &c.) inter Statum & Formam distinctionem retineamus. quamvis & 2. Serenissima audiat; constat tamen assumsisse hunc titulum ratione trium Regnorum, Cypri, Candiæ & Dalmatiæ. Dn. I. C. Becmanus *Not. Dign. Illustr. diss. 1. c. 4 §. 6.* & in altero nobili opere suo, *Histor. Orb. terr. Geogr. & Civ. c. 12.* De Territorio enim (ut ad scopum revertamur) diviso ita in partes, accuratè Condominium prædicari haud potest, in statu scil:, licet benè per ampliationem, ad præteritum: Ferè enim Ens rationis tunc est, & per divisionem, ceu communionis corruptelam *l. p. C. comm. div.* exuit naturam suam; Quia facta rei communis divisione partes propriè esse desinunt; sed quilibet partem, quam hactenus habuit, ut totum possidere incipit: uti infrà percipiemus. Nostra verò acceptio talis est, quâ Territorium, cum Superioritate Territoriali, penes duos vel plures, simul sumtos, junctim & indivisim existit, cùm nimirum illos talis intercedat unio, ut quasi unus tantummodo Superioritatis appareat Dominus, plures personas effectivè pro unâ reputando; quia neutra quicquam decernere potest altera inconsultâ. Castr. *ad l. 18. §. 1. de pign. act.* Menoch. *Vol. 12. cons. 1179. num. 5.* e. gr. Si Titius & Sejus Territorii alicujus Domini constituuntur, tunc hac unionis efficaciâ, quod juris Titius, idem & Sejus habet, & contra: nihilque validè geritur, nisi uterque simul agat sive consentiat Carpz. *l. F. p. 3. const. 30. def. 12. num. 4.*

VII. C

VII.

Cæterùm præmuniendum hîc est, usum loquendi talem hinc inde ap. Scriptores occurrere, quòd *una Provincia plurium dominatu fatigetur*; alio nempe Summum Imperium, alio jurisdictionem simplicem, alio jus gladii, alio alia jura sibi vindicante: Rosenth. *de feud. c. 6. concl. 85. n. 10.* item, quòd non infrequens sit, das zwey- oder drey- oder vier-herrige Provinciæ reperiantur, ubi unus habet die Lands-Fürstliche Obrigkeit/ alius die Lands-Hoheit/ tertius die Wildbahn/ quartus die Försiliche Obrigkeit/ quintus die Hohe Craiß und Zent/ sextus die Vogtey und Erb-Gericht. hinc Syring. *de Pac. Relig. concl. 44.* frequens, ait, in Germania, ut una Provincia pluribus Dominis diversorum jurium sit obnoxia: veluti in pago Lassaw/ Sereniss. Dux Wirtemb. vendicat sibi jus dictandæ religionis, Episcopus verò Spirensis merum habet imperium. Sic in urbe Coloniâ jus gladii spectat ad Archiepiscopum jure quasi servitutis. Gylm. *Symph. suppl. tit. 3. f. 217.* & *l. 2. rer. jud. f. 750.* & d. m. quilibet suam particularem tenet jurisdictionem. Sic & alia est distinctio, vel, daß in zweyherrigen Dorffschafften ein jeder Lehnherr die delicta, auff seinem Lehen begangen/straffet: was aber auff der Gemein geschehen/ das straffen sie in gemein und zugleich/ weil sie Gesamte Dorffs-Herrschafft. inquit Besold. *de succ. d. c. num. 44* Arum. *V. 1. d. 13. q. 12.* Sin Centena ad unum, Vogteja ad alterum, duo potiùs videntur Territoria, ut unum Centicos, alterum Vogteicos habeat subditos: verba sunt Knichenii *de jur. sup. c. 5. num. 285. & sqq.* vel, ut duo pluresve teneant Superioritatem, divisa verò inter se regalia, puta, unus Zoll/ tod und lebendig Geleit/ etc. alius alia, Besold. *num. 33.* vel, unus e. gr. castri, alter jurisdictionis. Bart. in *l. 4. §. 27. ff. de usurp. & usuc.* Verùm utut pleriq; hîc in alterius Territorio jura talia acquisivêre, quemadmodum servitutes in alieno prædio quæri solent: non tamen Condominium Territorii de iisdem prædicari potest. Illaque jura, regalia quidem sunt, & regalium jure ac titulo exercentur, sed non Territoriali jure, quod quippe Territorii Dominium vel Condominium, ceu adjuncta subjectum, supponit, & sic ab alio, quàm Domino vel Condominis non possidentur, nec tam regalium, quàm Territorialis Superioritatis

De usu loquendi, quòd una provincia plurium Dominatu fatigetur.

An ad Condominium præsens spectet?

tatis jure & titulo, atque, sic Libertatis, exercentur: Cùm regalia in alieno territorio quæsita exerceantur servitutis quasi jure, vindicanda ob id Utili Confessoria. Siquidem frequentissimè fit, ut Imperator Territorium concedat cum Superioritate Territoriali, sed reservatis nonnullis, aliàs superioritati territoriali adhærentibus, juribus; quæ, ceu regalia, aliis, territorii non dominis concedit. Unde in hanc rem Besold. *d. l.* ait: *Posse alium quendam habere aliquid* von der Lands-Hoheit. *puta regalia.*

Synonyma Territorii.

VIII.

Brevibus nunc inquiramus in *Synonyma sive Polyonyma*, verba, i.e. vicaria. ita Plautus *in Sticho:*

Nunc repererunt ei verbo vicarium.

Sc. quæ unum sunt. Arist. *1. Top. 7.* hinc Paulus *l. 136. ff. de V. O. Si sub una significatione diversis nominibus ea res, quæ in stipulatum deducitur, adpellatur, non infirmat obligationem, si alter altero verbo utatur.* add. Robbig. *d. tr. l. 2. c. 5.* & juxta nostrum sensum *Territorium*, vocatur Districtus, dictus à via strictâ; tanquã claustra & montium fauces, illum concludentes, ambientes. Car. du Fresne. *h. v* in quo Domini jus terrendi, & jus dicendi exequendive, habent. *per d. l. f. ff. de jurisd.* Zas. *l. 2. consil. 16. n. 47.* Bald. *V. 1. cons. 419. & 420. n. 1.* Geilf. *Op. Pol. ex. l. §. 14.* Et, in concreto, Jus Universale ac Superioritas coercitionis, sc. quoad dominium provinciæ, ditionis; quare etiam nominatur Provincia, Ditio, *l. 99. § 1. ff. de V. S.* i. e. pars globi terreni, seu superficiei orbis terræ, quam quisque Princeps aut Resp. tenet, ejusque imperio, dominiove potitur. Dn. J. A. Bosius *Intr. in not. Rer. c. 20. § 2. p. 136.* M. Steph. *l. 2. p. 1. c. 7. n. 4.* & magis specialiter, per Meton. subjecti, Ducatus, Principatus, Comicatus &c. Knich. *c. 1. n. 193. 242.* Bald. *V. l. cons. 419.*

Territorialis Superioritatis.

IX.

Nostra autem *Superioritas*, magis communiter dicitur Superioritas Territorialis, ad dist. à Superioritate Absoluta & Imperiali, ceu in supremo & universali totius Imperii Dominatu fundata. Reink. *l. 1. cl. 5. c. 2. n. 18.* & *l. 1. cl. 5. c. 3. n. 8.* alibi quoque Jus Territoriale, *αὐτοκρατορικὸν* die hohe Lands-Fürstl. hohe Lands-Obrigkeit / Hoheit und Herrligkeit, it. Oberverwaltung. Carpz.

ad l.

ad L. Reg. c. 2. f. 1. n. 4. Speid. *Spec. lit. L. n. 11.* & Demstero. *in Antiq. Rom.* Jdictio, h.e. coercitio provincialis, Summa potestas, vel Summa jurisdictio; ea nempe, quam maximè Status Imperii in provinciis vel Territoriis habent, vulgò die Lands-Obrigkeit/ Gœdd. *de Rest. Baron. Vallendar. n. 106.* sc. quia jurisdictio, tanquam necessarium, Territoriali Superioritati cohæret. Parth. Litig. *l. 2. c. 3. n. 11.* idcirco dicitur Oberkeitliche Macht. Botmässigkeit. Bicc. *sect. 5. n. 46.* Weber. *de jurisdict. th. 2.* atque iis, qui Territoria cum omnimoda tali jurisdictione habent, in omni jurisdictionis & Superioritatis jure fundata adscribitur intentio. arg. *l. 1. §. 4. ff. de off. præf. urb.* Boer. *decis. 50. numer. 11.* add. Raud. *l. 2. Resp. 2. numer. 150.* Knick. *c. 1. num. 199. & seq.* Quare & Forum in suis casibus nuncupatur; utpote quod jurisdictionem necessario insequitur; unde paria, Fori alicujus & Territorii alicujus esse. Steph. *l. 1. c. 27. n. 17. & seqq.* non verò vice versa, Forum Territorium, & jurisdictio Superioritatem sub suo inclusam tenet ambitu. Steph. *c. 2. n. 20 & seqq.* Geilf. *d. l. Ex. 4 n. 13.* e.g. Rectorum Scholarum. Nec obst., quantùm ad jurisdictionem, quòd territorium possit ab ea separatum esse, Borell. *cons. 86. n. 22.* Menoch. *de præsumpt. l. 3. præs. 97. n. 6.* Nihil enim aliud, quàm Territoriũ materialiter tale vel abusivũ ibi intelligitur. Knich. *n. 240. l. f. C. ubi & ap. q.* Borell. *cons. 70. n. 34. & c. 86. n. 11.* non autem Territorialis Superioritas, quæ non nisi cum Territorio, & omnibus in ea contentis conceditur; ut jurisdictio, tanquam qualitas territorii passiva, territorio cohæreat. Nic Boer. *dec. 227. per tot.* Köppen. *p. 1. dec. 48. n. 4. seqq.* Unde, ut supra, Testes, deponentes de territorio, deponunt quoque de jurisdictione. Ant. de Petra *de fideicom. q. 12. n. 403.* add. Carpz. *l. 2. t. 2. R. 15. n. 6.* & *L. 5 t. 3. R. 15. n. 11. seqq.*

X.

Condominium Territorii vocari solet, Germ. Zwey drey- oder mehr herrige/ vielherrige/ mit- zugleich- gesamte- gemeine- Herrschafft. Bes. & Dietherr. *Th. Pract. lit. z. n. 24. & lit. G. n. 46* quando uno plures in jurisdictione nostra conveniunt: nam Territoriale dominium & jurisdictio æquiparantur, arg. *l. 20. ff. de stat. hom.* Franc. de Clapp. *c. 8. q. 1. n. 16. p. 75.* inde *Condominii Territorii.*

unita

unita & combinata quasi cum Territorio jurisdictio hæc. v. B. D. Brunnem. *conf. 138.* item *Communio* Territorii, quatenus pluribus, etiam universitatibus, commune. v. Mej. *C. I. A. ad tit. de R. D. n. 23.* hîcque in latiori acceptione, vel potiùs Synecdochicè loq., dum hæc est, ceu Esse de Essentia nostri Condominii. v. *d. Disp. de Condom. th. 4.* Inde *Communarii sive Communiarii*; & Gemeins-Herren / uti reperitur in Ind. Recess. Imp. lit. G. porro Condamina vel Condomina. & Narbonensibus Condomine. Car. du Fresne *d. Gloss ar. h. v.* ut & *Coæquales*, Socii vel Territorii *Consortes.* Olaus Borrich. *Cogit. de var. ling. lat. at, p. 62. 72.*

CAPUT II

DEFINITIONEM REI TRADENS.

Definitio Rei

CONDOMINIUM TERRITORII est Condominium, seu jus duobus vel pluribus, immediatè Imperio RomanoGermanico subjectis, in districtu aliquo cum Superioritate competens, quo is eorum proprius est, pro partibus indivisis.

CAPUT III.

DIVISIONES QUASDAM PERTRACTANS.

I.

Divisiones I. in partes

AD quasdam colligendas *Divisiones* nos poscit ordo: quarum I. ubi Condominium nostri Territorii locũ sortitur inter uno plures, pro *partibus vel æqualibus, vel inæqualibus*; argumento asserti apud Besold. *de Suec. c. 33. n. 42.* ut subditi Condominos simul recognoscant vel pari vel impari jure; & sic

Æquales.

est vel *æquale* vel *inæquale*. *Illud* scil., cùm duo pluresve, ad unum idemque Territorium ab uno & eodem vocati unitim, simul sumti, uti supra videre est, & æquis partibus; quando sine ullo, vel minimæ disparitatis, respectu, quævis Territoria

Inæquales.

possident communia. *Hoc*, si alter Condominorum plus juris circa unum vel alterum regale: quod e.c. Imperator in commu-

munio-

nunionis concessione sibi reservatum, pòst in specie uni ex istis Condominis, aut pluribus ex illis, concessisset: nempe, Vel potest utriusque casus hîc esse: Mevius habens Territorium moritur, relinquens ex utroque præmortuo filio nepotes numero pares: qui ipsi utique Condominium æquale vel succedendo acquirunt: quemadmodum &, si præmortuis fratribus, filios, etsi ex singulis numero impares. arg. *N. 118. c. 2. junct. §. 6. J. de her. q. ab int.* Reichs-Absch. *de Ann. 1529. tit.* Mit-Brüder. Inæquale verò acquiritur, exempl. grat. si quis successores reliquit, quorum alii in capita, alii in stirpes, repræsentationis jure, succedunt; tum enim singuli ex his Condominium quidem cum illis singulis habent, sed inæquale.

II.

Dispescitur aliàs Dominium, & sic Condominium, in *Plenum* & *Minus plenum*; & hoc iterum in *Directum* & *Utile*. Hanc tamen distinctionem huc trahi posse, haud arbitramur. *An in* Plenum *&* Minus plenum?

III.

II. Territorii Condominium, secundum mentem Doctorum, aliud est *Territorii cum Regalibus conjuncti, aliud non conjuncti. Illud* foret, Si duo pluresve Territorium præter realia illa Superioritatis territorialis jura, regalibus adhuc exornatum haberent; Hoc, quod tantùm ex realibus, & Territorialis Superioritatis juribus, planè præscindendo à regalibus, apud uno plures consisteret. Nam Regalia & Superioritatis jura, quamvîs permisceantur & confundantur, propriè tamen differre, statuunt Gravett. *cons 673. num. 15.* Fr. Pruckman. *V. 1. cons. 27. num. 7.* Knipschild. *de jur. & Priv. Civ. Imp. l. 2. c. 5. n. 15. 59. L. 1. c. 12. num. 123. seqq.* Knich. *de autocrat num. 342.* Bruning. *de var. univ. spec. §. 19.* Paurmeist. *de jurisd. L. 2. c. 4. num. 44.* Ming. *de super. terr. c. 5. th. 12.* Burgoldens. *Notit. I. R. G. p. 2. disc. 26. num. 9.* Steph. *de jurisd. l. 2. p. 1. c. 7. n. 201. seq. & p. 2. c. 2. n. 30.* Wehner. *O. Pr. v.* Herrligkeit. Speidel. *Spec. lit. L. num. 11. p. 753.* Mich. *Concl. 46. lit. a.* Besold. *de jur. & imp. clav. §. 9.* Ziegler. *Concl. 1. n. 131. seqq.* apud quos plurimas adhuc alias deprehendere licet allegationes: & addunt nonnulli, quòd *plerumque* juribus Territorialibus Regalia adhæreant: sed quo sensu, me latet. Hi enim ipsi Authores Regalia accipiunt, vel *An aliud cum Regalibus Conjunctum? Non Conjunctum?* *Haud creditur.*

Seu ea 1. accipiantur pro Juribus verè Majestaticis *aut* Oppositivè.

(1.) *Strictè*, ut ap. Sixtin. *de Reg. l. 1. c. 1. n. 11.* nempe, aut pro partibus, non quasi, sed verè, Majestaticis, iis scil. competentibus, qui juxta Arist. *3 Pol. 6. 7.* summam in Civitate ubique potestatem habent; aut in oppositione ad jura Majestatica, pro juribus cum Superioritate Territoriali, illis, qui superiorem Imperatorem agnoscunt, competentibus: quòd hac ratione etiam Duces, Marchiones, &c. in suis ditionibus teneant regalia, ut, quamprimùm ipsis Ducatus, Comitatus &c. universitatis & Dominii perpetui jure concessi, regalia, ceu effectus talis Superioritatis, unà concessæ, necessario ipsis competant, quæ, regiam quasi dignitatem catenatim adjunctam habentia, in tesseram & Symbolum potentiæ insignita. Quâ sublimiori dignatione cumprimis R. I. Principes decorati. Knich. §. *324.* Et neutra acceptatio nostro convenit Horizonti; Non prior, utpote, quæ supergreditur Superioritatis naturam, designans ipsum jus Regium, seu Imperatoris nostri incommunicabilem Majestatem, Suprematum, la Souveraineté. Et, uti ex Goldasto Carpz. *ad L.R.G c. 1. sect. 13. n. 15.* add. Steph. *l. 2 p. 1. c. 1. m. 1. num. 92.* solius est Imperatoris, quà inferior est Superioritas hæc Territorialis, & ipsi Imperatori reservata Supremitas, eine überschwebende Hoheit. ut h. m. malè Bodinus *de Rep. 1. c. 7* Imperatorem regalia majora concedentem adsciscere subditos sibi pares s. collegas, scribat. Hinc Electorum prærogativam non in jure de la Souveraineté, sed in certis functionibus (intellige magis jura hereditario & perpetuo jure competentia, Knipsch. *l. 2. c. 5. num. 45.*) positam dicit Cæsarin. Furstenerius *de Supr Princ. Germ. c. 1. p. m. 2. 3.* Non posterior, quæ accedit ipsam Superioritatis naturam, ut nihil aliud involvat, quàm Superioritatis jura. Vel (2.) (quod quidem ex ipsorum verbis: *Plerumque, ut plurimum*, colligitur.) Territorii existentiam fingunt *interdum cum, interdum sine, juribus regalibus:* Et hoc ipsum falsa nititur hypothesi; cùm Territorium sine juribus talibus ne concipi quidem possit. Siquidem Territorium sine facultate terrendi, quæ utique ad regalia pertinet, non esset Territorium, cui propterea facultas hæc adeò, cum cæteris inde dependentibus juribus, cohæret, ut etiam, si unum Territorium

Seu fingi velit Territorium *sine* Regalibus.

rium alteri uniatur, quodlibet nihilominus sua in salvo retineat jura. Thoming. *dec. 41. per tot.* B. Mev. *p 2. dec. 185. numer. 2.* & quando Imperator facit aliquem Regem, i. e. Principem, Marchionem &c. scil. cum Ducatu, Marchionatu eum investiendo, huic accedunt omnia regalia. Bald. *ad c. un. quæ sint reg.* Cæpol. *de S. R. P. c. 28. num. 2* add. Knich. *num. 378. seq.* non, ac si regalia accessionum & pertinentiarum nomine regulariter veniant, Alciat. *L. 7. Cons. 10. num. 7.* dum concessio quorundam, imò interdum generaliter, Regalium, non includat omnia. Heig. *p. 1. q. 13. num. 46.* Bocer. *p. 2. Disp. 11. num. 56.* Tamen in Imp. R. G. concesso Territorio universali, omnia concessa existimantur regalia. Schrader. *de feud. p. 10. s. 3. num 152.* nec reperire est Principem, ullum Statum, ullum Immediatum Imperii, ab eodem habentem Territorium, qui non hoc ipso unà habeat regalia. Reink. *l. 1. cl. 2. c. 3 num. 17. & 18.* Steph. *l. 2. p. 2. c. 7. num. 201.* quæ non secùs sine Territorio consistere possunt, ac servitus sine prædio seu fundo dominante, vel adjunctum sine subjecto. Knich. § *230.* Vel (3.) *Absolutè diversam* Superioritatis jurium & regalium fingunt naturam, ita, ut se invicem nulla ratione tangant: quod etiam unus & alter ex suprà alleg. fovet AA. Sed scias oportet, Regalia in signum Superioritatis & præeminentiæ concedi, Ninmer *de Reg.* §. 2. & propriè intuitu rei, quatenus Territorium est fundamentum. Besold. *de super. terr.* §. *10.* ut relationis virtute tacitè tribuantur. Decian. *cons. 123. num. 10. 11. 31.* Vult. *de feud, l. 1. c. 5. numer. 7.* Knipsch. *l 1 c. 12.* Unde Jus Superioritatis dignitas dicitur Regalis, & ob id dicit Baldus *cons. 49.* Zas. *l. 1. cons. 14. numer. 23.* quòd, Territorium habere, sit, habere regalia: ob cognationem & similitudinem. Ziegl. *ad Aur. Prax. Calvoli concl. 1. n. 131. & seqq.* Constituti quidpe uno plures Territorialis Superioritatis Condomini, ipsius *Superioritatis, Iurisdictionis* & *Proprietatis* perpetuo jure, in suis ditionibus, omnia regalia tam Majestatis, quam Fisci sibi vindicant. Dn. Myler *de Principib. & Stat. I. R. G. p. 2. c. 37. num. 1. 3.* nec tantum ea, quorum mentio *in c. un. quæ sint regal. 2. F. 56.* sed &, si quæ alia ex usu recepto pro regalibus habita. Mich. *d. concl. lit. b.* ob naturalem inhæsio-

Seu diversa fingatur Superioritatis & Regalium natura.

hæsionem & propriam inclusionem. Reink. *l. 1. cl. 5. c. 3. num. 3. & 16.* qui enim jura habet Superioritatis, etiam regalium, ceu catenatim adjunctorum, est Dominus. Sixtin. *l. 1. c. 1. number. 18.* Steph. *l. 2. p. 1 c. 7. num. 203.* Hinc Feuda Imperii immediata omnia regalia, jura ac emolumenta, eò spectantia, Regalien/ Herrligkeiten/Ehr/Würden/Gerechtigkeitẽ/und Eingehörungen/ continent; Atque Territorio, sub qualitate Superioritatis Territorialis concesso, omnia illa concessa intelliguntur. Dn. Ahasv. Fritsch. *de jur. Grutia. c. 3. num. 3. in ipsius Jure Fluviat. p. 106.* Dn. Struv. *S. I. F. c. 6. a. 10. num. 1.* Nec ferit nos: Dignitas Regalis non est de substantia Superioritatis Territorialis, E. nec Regalia. Knipsch. *d. l.* quoniam conseq. ob diversum respectum laborat: Dignitas quidpe Regalis h. l. nihil aliud vult dici, quàm, vel, Jus Regium. v. B. Dn. Avum m. Th. Lans. *de jur. Reg. in Imp. del.* & hoc sensu nobis non obest: Vel, Regalia, Stuck. *p. 1. cons. 2. num. 155.* feudo tantum concessa & acquisita, uti colliges ex Reink. *d. n. 16.* Ast plurimi adhuc prostant acquisitionis modi, de quibus suo loco.

IV.

Regalia non statim includunt Superioritatem ipsam, Quomodo ergo differant?

Cæterùm constat, Regalia non statim includere Superioritatem ipsam, Cravett. *cons. 673. n. 15.* & passim; Sed *partem* solùm; dum Superioritas, ob territorii totque regalium conjunctionem, *Totum*, scil. potestativum est, ambitu suo complectens omnia illa majestatica jura, quæ aliàs Imperator in Territorio tali exercendi ex suprema, absoluta & regia potestate jus & fas haberet; non tantum per territionem, regio armorum jure, exteros hostes à tali Territorio repellendo, subditosque contra eandem ac quamcunque vim regiè defendendo: sed etiam jus statuendo de omnibus causis, rebus ac personis, idipsum dicendo, exequendo, hos gratia complectendo, ac faciendo, quicquid ad jus pertinet regium, quâ constitutionibus Imperii & Capitulationibus non est restrictum: cùm regalia totius hujus sint particulæ: quorum nonnulla ad alios, quam de Territorio investitos, pertinere possunt; ut h. m. Superioritas & Regalia juxta Wurmser. *l. P. Ex. 3. qu. 7.* differant ut *totum & pars.* Itaque, licet contra dd. AA. putabam, ipsa Superio-

perioritatis & Territorii jura, non à Regalibus aliena, sed propriè talia sint; quod Superioritatis descriptiones ap. AA. indicant. Limn. *de I. P. l. 4. c. 8. n. 183.* & ita Majestatis habeant imaginem. Carpz. *de L. R. G. c. 1. s. 12. & 13.* Nec minus allegati AA. semet ipsos jugulare videntur, regerentes: etiamsi plerumque regalia juribus Territ. insint, & ideo invicem confundantur; propriè verò & essentialiter quasi differre; & tamen in exponendis juribus istis Territorialibus nihil, præter Regalia, delineare queunt. Knipsch. *d. l. 2. c. 4. & 5.*

V.

Cæterùm, uti Territorium dividitur in *universale & latius*, qualia sunt: integri Ducatus, Marchionatus, Landgraviatus, &c. plura in se Territoria alia continentes: & in *particulare & angustius*, in universali contentum ac comprehensum, qualia sunt: Comitatus, Dynastiæ, Civitatum Imperialium Territoria, &c. contra quæ regulariter Universalis Territorii Dominus fundatam habet intentionem: ita videbatur, & Condominium nostrum exinde divisionem recipere posse. Sed cùm illud unum & idem in utroque sit, & ejus essentia inde non mutetur, idcirco transimus hanc materiam, nullam exinde divisionem comminiscentes. *Territorium alind Latius alind Angustius.*

CAPUT IV.

CAUSAM EFFICIENTEM TUM PRINCIPALEM TUM MINUS PRINCIPALEM DELINEANS.

I.

JUsta nunc serie contemplando Condominium Territorii, ita cum Superioritate Territoriali considerandi, ad ejus Constitutionem, ex ipsis causarum generibus, accedimus; & primo quidem ad ejus *Causam Efficientem*: Causa hæc, juxta Castanæum *in Syn. dist. celebr. lit. E. & passim.* quòd varias in genere distinctiones sortiatur, notum est. *Principalis Remota*, aliàs & prima dicta, (quoniam non dependens est, sed omnia alia à se dependentia habet, Stahl. *comp. Met. tab. 6.*) Condominii nostri est rerum omnium creator, Deus, quippe, qui solus cujusvis imperii & Jdi- *Tractationis hujus Pars Specialis. Hæc considerat hoc Condominium 1. ex Causis.*

 ctio-

Ejus Efficiens Principalis Remota.

ctionis fons & origo autoritativè talis. *Dan. 7. v. 14. ad Coloss. 2. v. 10. Apocal. 1. v. 5. & 19. v. 16. & passim in S. Cod.* add. Gerhard. *de Magistr. Pol n. 271.* Vasq. *contr. ill. l. 1 c. 20. n. 4. & c. 41. n. 42* qui ipse omni tempore licet summam & absolutam potestatem retinuit, nemini unquam communicatam, nec communicaturus, non tamen immediatè in his terris exercuit, sed vicem suam gerentibus terrarum Dominis id commisit. Protoplasto quidem Adamo, ejusque liberis leges etiam immediatè præscripsit, pœnasque ab iis ipse sumsit: scil. quia in tanta hominum paucitate vix potuit esse locus Imperio aut Monarchiæ. I. Gerhard. *Com. in c. 10. Genes.* adv. Greg. Tholos. *de Rep. l. 5. c. 3. n. 14. & l. 19. c. 1. sect. 11. n. 2.* Hinc Adamo imperium non videtur adscribendum, & B. Dn. Tob. Wagnerus, cujus manes veneramur, in Caino Imperiorum initium quoddam cerni, asserit in *Inst. Hist. l. 2. c. 11.* Benè tamen esse potuit multiplicato genere humano, & sic hominũ crescente malitiâ, urgentibusq; humanis necessitatibus & utilitatibus, arg. *§. 11. de R. D. l. 5 ff. de l. & l.* ubi & Brunnem. *n. 1. & seqq.* Dn. Ramspeck. *de magn. Imp. membr. l. §. 1. & seqq.* Existimat quidem Vasquius *Contr. l. 1. præf. n. 109,* quòd per omne ante-diluvianum tempus (quod Fl. Iosephus ex computationis errore ad A. M. 2656. durasse censet. *l. 1. c. 4. p. 5.* sed vid. ibi not. margin.) Deus mundum per seipsum rexerit; addducens ejus rei exempla quædam exerciti ita meri Imperii, nempe Caini, Jamethi: causam ejus ponens in simplicitate & bonitate humana. add. id: *l. 1. c. 41. n. 40.* Verùm hoc absonum esse statuere, apparet ex iis, quæ eruditè Dn. Ramspeck. *d. l.* persequitur. Nos cum Dn. Zieglero *ad Grot. l. 2. c. 2 §. 2. p. 218.* Adamum & post diluvium Noachum, cui toties Dominium in sacris attribuitur literis, v. *d. Disp. de Condom. th. 7.* à Deo non facultatem saltem, proprietatem orbis terrarum acquirendi, secundum Hennigem, sed ipsum jus proprietatis, & sic etiam imperandi hominibus facultatem, accepisse; hoc enim negato, neque inter liberos ejus divisio fieri, atque inter homines imperia justè exerceri potuissent. Vid. Dn. Strauch. *dissertat. de Imp. Mar. cap. 1.*

An Adamo Imperium tale adscribendum?

II.

Porro Causam. Eff. Rem. jurisdictionis & Superioritatis *materialiter* considerando, ipsi naturæ juri, imperium mox Parentibus in liberos concedenti; Boxhorn. *Lib. 11. Inst. Polit. c. 11.* Ramspeck. *d. tr. m. 1. §. 1.* ut & iis, qui in societate prudentiâ magis pollent, ut regant cæteros, ad sese, ad societatis conservationem custodiendam, promovendamque, regendum minus habiles, v. Dn. Jac. Thomas. *Phil. pract. tab. 35.* quoad fundamenta prima, accepto ferendam, cum pluribus arbitramur. Præprimis verò Gentium Juri, ex quo distincta maximè Dominia, Territoria, *l. 5. ff. de I. & I. junct. l. 1. §. f. d. t.* Arum. *Vol. I. D. 15. n. 10* & subjectiones, ex quibus descendit jurisdictio Territorialis, Rumelin. ad *A B. Car. IV. p. 1. diss 1. th. 11. p. 32.* ita de C. E. hâc materialiter consideratâ. Causa Effic. Superioritatis considerata & Materialiter.

III.

Formaliter v. considerando dicimus eam esse Jus Civile Romano Germanicum. Etenim, uti jam præmisimus, nomen Superioritatis Territorialis, der Landes-Hohen Obrigkeit / imò res ipsa, LL. Romanis sunt incognita, moribus tamen Imperii R. G., & subsecutis ejusdem Constitutionibus, accepto ferenda sunt, consentiente Joh. Gryphiand. *de Insf. cap. 15. n. 70.* Klock. *de contribut. cap. 5. n. 42 87* Jus Superioritatis nec LL. antiquis expressum, nec hodiè certis LL. circumscriptum, sed multùm usu introductum, varieque usurpatum: quòd omnis concessio & dispositio accipienda juxta cujusque regionis morem ac observantiam. Molin. *de primog Hisp. L. 1. c. 3. n. 2.* secundum quam in Camera Imperiali judicari solet, uti & ex Adr. Gylmanno probat Nic. Myler. *Metrolog. c 3. §. 4. n. 7.* v. Knich. *c. 5. n. 74.* Fertur verò in nostro Imperio R. G. originem habere antiquissimam, Besold. *de imp. & fam. ort. c. 29. n. 63.* quod seqq. verbis confirmant. Knipsch. *de Civ Imp. l. 2 c. 5. n. 47.* Reink. *l. 1. cl. 5. c. 6. n. 71. ad 78.* *Ex solo Imperatore, tanquam à fonte, omnis potestas Territorialis, Superioritas & jurisdictio pullulat atque promanat, ad eundemque refluit, sicut summa flumina fluunt & refluunt ad mare.* Hinc Dn. Seckendorff im Teutscher Fürsten Stat, *l. 2. c. 2. §. 1.* ita: Sie ist nicht gar absolut die Fürstl.

& Formaliter.

Origo Superioritatis Territoriis concessa.

Fürstl. Hoheit/ sondern hat auff Käys. Majest. und dem Reich ihren underthänigen respect. Et,quà tales, Territoriorum Domini etiam Cives Imperii nominantur, apud Dn. Herm. Conring. *de Civit. Imp. Germ.* § 7. Dn. Scharschmid. *disquis. de Rep. Monstros. c.4.* At vera ejus initia, si antiquitatis memoriam cogitatione replicare velimus, non Sec. demum XIV. sed sub initio IX. per primum ex Teutonibus Imperatorem sunt producta, & temporis tractu confirmata: unde fit, quòd hæc origo aliis nonnunquam temporibus adjudicetur, v. Dn. Ludolph. Hugo *de Stat. Region. German. ad Regim. Princip. cap. 1. thes. 3 circa fin.* Cùm enim hactenus Imperii provincias tenuissent Præsides earundē magistratûs temporarii jure, maluit iisdem hic Imperator eas jure dare perpetuo, proprio quasi & hereditario, ut eos sibi magis devinciret & devotiores redderet, quàm ut omnia retinendo semper de sūma Imperii periclitaretur. Ziegl. §. *Landsassii. concl. 1. n. 7* quò, Imperii fatis urgentibus, & alacriùs orbem Christianum adversus hostes tuerentur: Knipsch. *d. l. n. 45.* Ob quod tamen, ut hinc inde differunt Authores, Duces, Marchiones, &c. Imperatorem Superiorem recognoscentes, non facti sunt minores illis, qui neminem recognoscunt. Nam *Imperio Romano servire, est libertate potiri.* Natta. *V. 3. consf. 631. n. 13* Klock. *de contrib. concl. 10. in f.* dum, quod magis, titulo patrimonii, hereditariè, ut dictum, & perpetuò, sub nomine der Lands-Fürstlichen oder hohen Lands-Obrigkeit/ plenissimam, post Imperatorem, potestatem in suis ditionibus usurpant: Quo Superioritatis jure, ut eò citius gauderent, tandem in sanctionibus Imperii effectum est, ut quilibet Imperator, inter electionis suæ initia, vi juramenti solennis, ad servanda & defendenda omnium Statuum Superioritatis jura, se adstringat. v. Capit. Ferd. III. §. 3 Ferd. IV. §. und in allweg. & Moderni Invictissimi Leopoldi §. 3. Und zum dritten: ab init. & in med. Keinen Churfürsten und Stand / die unmittelbahre Reichs-Ritterschafft mit begriffen/ seine Landsassen / Underthanen / und mit Landsfürstlichen auch andern Pflichten zugethane eingesessene und zum Land gehörige / von der Bottmäßigkeit und Jurisdiction / wie auch wegen Landsfürstlicher / hoher

Confirmata Capitulationibus.

hoher Obrigkeit/ und sonsten rechtmässig hergebrachten :c. Add. Myler. *d. l. num. 5.* Ziegler. Kniplch. *dd. ll.* Carpz. *de L. R. G. c. 1. s. 12. n. 8. ad 21.* Ming. *de super. terr. c. 2. n. 21.* Hæc causa Proxima, uti est Territorii cum Superioritate Territoriali; atque sic dominio, quod est juris Gentium, materia hæc à jure illo substrata est; sic & eadem ad Condominium applicanda venit.

IV.

Devenimus ad C. E. *minus principalem*, *modos nempe acquirendi* Condominium Territorii cum Superioritate conjuncti. In propatulo autem est modos acquisitionis *vel Jus Gentium*, *vel Ius Civile* produxisse; utrobique autem *l. 55. ff. de O. & A. l. 15. C. de R. V.* res dominii jure quæsita nobis videtur. Ubi primò omnium quæstio incidit. *An & quatenus Occupatione quæri possit hoc Condominium?* Et *Originariæ* quidem, h. e. rerum, quæ naturà nullius sunt, occupationis exemplum videtur statui posse in eo: Si duo vel plures in suscepto itinere, procellosi Oceani tempestate agitati, & contractis, interdum expansis, velis trajecti, offendant loca dominio destituta, omnino Condominium sibi acquirunt illius terræ, & sic unà in incolas, quos postea recipiunt, resque ejus singulas, imperium; Sed id non est Territoriale nostrum jus, relationē semper, uti dictum, ad Superiorem habens, adeoq; huc non quadrat; benè verò sequens: Si duo Territorii, cum nostra Superioritate Territoriali conjuncti, Condomini Insulam in mari natam occupaverint, tunc illo ipso etiam in ea acquisitum tenerent Condominium nostrum, ex ratione, quòd insula marina, modicè distans à continenti, ad regalia refertur. Cæpoll. *de servit c. 33. n. 5.* Dn. Struv. *S. I. F. c. 6. a. 7 p. 183. & 188. arg. c. un. quæ sint regalia.* *Derivativæ* vero occupationis, *Bellicæ* nimirum, exemplum sumi potest: Si duo Imperii Status, Imperatoria autoritate interveniente, à Domino Territorii, judiciorum vigorem contumaciter spernente, jus sibi debitū armis reposcerent, assignato ipsis Territorio ejusdem in juris sui compensationem. vid. Bocer. *de Bello. cap. 4 n. 17.* ubi justam hanc belli causam in Imperio esse, ostendit; aut si in prædam capientium rebellis alicujus Domini Territorium justè

Ejus Causa Efficiens Minus principalis, Modi Condominium hoc acquirendi. Juris & Gentium: Occupatio.

Bellica.

legitimèque daretur; quale ex Franc. Aretino format Reink. *de R. S. & E. l. 2. cl. 3. c. 2. n. 37.*

V.

An Alluvio hic locum inveniat?

Vel Dominium, & sic Condominium acquiritur *Accessione per Alluvionem.* §. *20. J. de R. D.* Cajus *l. 7. §. 1. ff. de A R. D.* Ulpianus *l. 1. §. 6. ff. de flum.* Proculus, *l. 69. ff. de contr. empt.* Alfenus *l. 24. §. f. de aq. & aq. pluv. arc. l. 1. C. de Alluv.* si sc. flumen latenter, ἀνεπαισθήτως, aliquid adjiciat. unde Alluvio incrementum latens. P. Christinæ. *Decis. Cur. Belg. V. 4. dec. 85. n. 1. Num verò Territorium cum sua jurisdictione Territoriali hujusmodi adauctionem vel diminutionem vi fluminis recipiat?* non omnium eadem est opinio. Juxta Steph. *de jurisd. l. 1. c. 39. n. 44.* Treutl. *V. I. D. 3. thes. 7. lit. e.* Fr. Viv. *Sylv. com. op. l. 1. op. 47. v. Alluvionum. n. 1.* aliosque plures: Alluvio nec auget nec minuit jurisdictionem, ex ea ratione; quòd jurisdictio I. sit juris publici; Alluvio verò non mutet, quod sit hujus juris, *per vulg.* II. in locis limitatis alluvio locum non sortiatur. Florentin. *l. 16. ff. de A. R. D. d. l. 1. §. 6. de flumin.* Econtra pro affirmativa quamplures militant Ddres, in casu Alluvionis verè & propriè sic dictæ, h. e. pedetentim, latenter adjicientis; ex rationibus quidem satis ponderosis: è quibus maximè est, quòd Alluvio auget agros, *per dd. ll.* & Pompon. *l. 23. ff. quib. mod. usf.* Ulp. *l. 11. §. 7. de publ. in rem act.* Marcian. *l. 16. pr. ff. de pign. & hyp* Paul. *l. 3. §. 17. ff. de A. A. P.* C. Klock. *de arar. l. 2. c. 36.* & Lucanus:

Illos terra fugit, his rura colonis
Accedunt donante Pado.

Territorium est universitas agrorum, *d. l. 239. § 8 ff. de V. S.* Ergo Territorium, & consequenter jurisdictio, augetur. arg. *l. 1. C. de alluvion.* Nam si Princeps concedit jurisdictionem alicujus castri, & denuò numerus incolarum, aut ipsum castrum augetur, etiam ad augmentum jurisdictio porrigitur, cum Cardin. Tuscho *Pract. lit. P. concl. 735. n. n. 3.* Arias de Mesa. *Var. Resol. l. 3. c. 14. n. 24.* Did. Covarruv. *tom. 2. pract. quæst. c. 2. n. 1.* ubi *n. 8.* dicta ampliat ad territorium donatum & venditum. Licet in augmento nil dixerit de Imperio seu jurisdictione: Quia omne privilegium, rei principali datum, porrigitur ad ejus

augmen-

augmentum: Nic. Boër *decis. 50. n. 17.* quod non novum aliquid dicendum, sed pars solummodò antiquioris. P. Ant. à Petra, *de Pot Princ. c 7. n 34.* B. Brunnem. *ad l. f. C. de alluv. n. 3.* Neque alluvio per se mutat jus publicum, sed per accidens, territorium augendo, Bachov. ad Treutl. *d l.* nec interest, sive adjecta sit pars ejusdem magnitudinis, cujus est frons territorii mei, sive majoris P. Bus. *ad d. l 7 num. 4.* Dn. Joh. Volck. Bechmann, *ad eund tit. T. 2 Ex 15. O 42.* ita tamen, ut pro ratione emomenti, per alluvionem adjecti, census & tributa huic augenda & alteri minuenda. *l. 10. ff de R. I. d. l. 2. C de alluv* ibi Brunnem. Mynsing. *Cent 3 O. 34.* Myler. *in Metrolog. c. 14. §. 24.* vid. tamen §. 25. *& seqq.* Dietherr. *cont. thes. pract. Besold. lit. Z. n. 14.* ubi multos allegat. P. Heig. *p. 2. q. 5.* C. Manz. *quaest Palat. 99.* Sed quicquid etiam sit de unanimi horum aliorumque plurium consensu, huic tamen attestato contradicit Dn. Myler. *d. §. 25. & seqq.* ubi contrariam sententiam veriorem & æquiorem esse arbitratur, ac communem dicit. Quare nos in medio hoc relinquimus.

VI.

Porrò voluntate ejus, qui territoria cum hac potestate constituendi, & Condominia eorundem transferendi, jus habet, quomodo acquiratur, nunc inquirendum. Jus autem hoc Imperatoris esse, jamjam ostensum est; Cui tanquam Regale adscribitur, Joh. Gœdd. *de Rest. Baron. Vallend. num 139. 239.* scil. tale majestaticum, quod sublimioris imperii & honoris, supremique Dominatûs symbolum, soli Imperatori tanquam reservatum adhæret, per quod Territorium cum Superioritate Territoriali concedere valeat. Phil. Knipsch. *l 2. c 4. n. 35. ad 96.* Knich. *d. c. 1. n. 280.* Is verò dum Territorium universale uno pluribus tradit, unà & simul hanc potestatem in eos transfert, territorium cum hac causa (ita enim jura inhærentia rebus appellat JCtus Ulpian. *l. 20. §. 1. ff. de A. R. D.*) cum subjecto ipsum adjunctum, jus hoc reale; territorium ita afficiens, ut sine ipso, sicuti supra dictum, non possit territorium esse; cùm omnis districtus à potestate sublimiore animetur, & vitam quasi ducat, ac naturali hac facultate gaudeat, ut sic nulla ulteriore quasi traditione hujus Superioritatis juris opus sit; Uti aliàs

Traditio *Territorii talis.*

D 2 in

in alienis rebus quærenda jura (quæ veram traditionem non admittunt,quia incorporea, Cajus *l.43. §.1. ff. de A.R.D.)* opus habent, quæ quasi traditione constituenda & formanda, i.e. usu & patientia, Javolenus *l.f.ff. de servit.* Ulp. *l. 10.ff. si serv. vind.* non obst. Cajo *in l.3. pr. vers. dare ff de usufr.* & Ulpiano *in l.1. §.f ff. de S.P.R.* quarum illa de præstatione potius, (scil. quasi possessionis translatione) & ut proprietarius fructuarium in fundum inducat, eumque uti frui patiatur; hæc de ficta & quasi traditione accip. B. Brunnem. ad dd. ll. qualem inducunt usus & patientia. *d.l.f.* ibique Brunnem. *& d.l.43.* Menoch. *de Arbitr. J.Q.L.2. Cent.2.Cas 160. & seq.* ingressus & inductio; Quæ olim certo die, comitantibus amicis & verbis solennibus fieri solebat. Joan. del Castillo *p. 1. de usufr. c. 12.* add. Excell. Dn. Præses, disp. *de ficta, seu quasi tradit.* sed cum ipsa territorii talis translatione & acquisitione mox in juris hujus Condominium acquirentes collocentur. Fit autem translatio & acquisitio Territorii talis:

VII.

Voluntas conferentis se declarans Vno plures Investiendo.

Investiendo uno plures, durch eine gesamte Handbelehnung / Mitbelehnung / ut plures, de eodem Territorio simultaneè investiti, nulla graduum habita ratione, simul acquirant; olim quidem per varia instrumenta, Knich. *de Autocr. n. 329. seqq* Molin. *de Prim. Hisp. l.1.c.13.n.47.* B. Mev. *p. 2. dec. 305. n. 21.* v. Knich. *n. 215.* sed in Imperio nostro communiter feudi lege. Reink. *l. 1. cl. 5. c. 2. n. 9.* unde Jurisdictiones patrimoniales & feudales asseruntur. Klock. *de contrib c. 4. n. 129. seqq.* M. Rumelin. *ad A.B p.2. diss. 1.n.9.p.298.* Quamprimum igitur de territorio ita investitura facta, è vestigio omnia ipsis investitis cedunt jura, Lud. Gilhaus. *Arb. Jud. cap.1.p.1.n.51.* Fr. Pruckmann. *V.1. cons 27.n.16. & 18.* dicitur enim concessio favorabilis, & proinde latè interpretanda, Phil. Decius. *ad l. 3. ff. de jurisd. omn. jud. n. 28.* Ex his tamen allatis nolumus intelligi, ac si solâ feudi lege Territoria concedi asseramus, benè enim novimus, si tota hæc facultas à concessione Cæsaris Feudisticâ dependere diceretur, Allodiales provinciæ exutæ essent hac Superioritate Territoriali, quod absurdum. Besold. *de jurisd. quæst. 17.* nam etiam ad Statum Imperii Allodialia sufficiunt. Dn. Struv. *Diss.*

Jur.

Jur.publ.de requis.Stat.I.R.G.th.24. & Capit. Leop. *art.3.* Reink. *de R. S & E. l.1.cl.4.c.16.n.38 cum seqq.*

VIII.

Cooptando. Si in numerum Statuum Imperii de novo referantur duo, qui hactenus sub aliquo Territorii Domino, ut Condomini, Castra aut districtus possederunt: tunc, eo ipso, ex his Territoria fiunt separata à Domini Territorio, de quo hactenus fuerunt; sicque Superioritas Territorialis unà, communiter, acquisita censetur; & in nostro Imperio (in quo recentioribus temporibus per Capitulationes Cæsareas cautum, neminem sine Territorio in Statuum Imperii ordinem recipiendum, *Capit. Leop. art.44*) Status dicentur, R. A. *de anno 1470. circa fin.* §. nachdem. add. Car. von Hagen. *Instit. Jur.publ. univ. l. 3.c.5.n.5.* Nic. Myler. *de Princ. & Stat. I. R. G. p.2. c.90. n.6.* Phil. Knipsch. *de Civ. Imp. l.2.c 5.n 54.* omninò tamen prærequisito consensu Domini illius Territorii, sub quo cooptandi, & nunc ab illius Territorio separandi, hucusque Domicilium habuerunt. Myler. *d.l.*

Cooptando in numerum Statuum Imperii.

IX.

Sed quamvis ad receptionem in numerum Statuum Imperii, uti dictum, ut quis habeat Territorium, requiratur; non tamen vice versa mox, qui Territorio est præditus cum Superioritate Territoriali, pro Statu Imperii est accipiendus. Talis enim ut quis fiat, præter solius Imperatoris (cujus quidem solius est Territorialem Superioritatem conferre.) voluntatem, alia adhuc ut observentur, conventum est in Capitul. Imperat. Leopoldi *art.44.* R. A. zu Augspurg. *de Anno 1548.§.76* ibi: So haben wir uns mit den gemeinen Ständen einer Meinung verglichen / wie es mit denen Jeden künfftiglich gehalten werden solle. Sed & requiritur, ut *ritè* sit receptus in deß Reichs Matricul. Gylmann. *in Symphor. Supplic. tom. 2.part.1. Vol.5.num.7.seqq.* Andr. Gail. *L.1.O.21.num 12.* item, daß er eine Stimm / und Stand in deß Reichs-Versamblung habe. R. A. *de Ann. 1548* §. Wann auch ein Außgezogener. Plura vid. ap. Burgold. *ad Instrum. pac. p.1.d.29.* §.6. Ac licet fieri queat, ut mediatè imperio subjecti ad Comitia vocentur. Everh. Jun.

An Territorium tale habens sit Status Imperii?

Conf. 41. n. 89. non tamen fit exinde, ut sessionem & suffragium consequantur. plura collige ap. Limn. *d. c. 7.* Reink. *l. 1. cl. 4. c. 1, num. 28.*

X.

Submittentes se recipiendo.

Submittendo, vel spontaneè se subjiciendo. præsupposita & facultate & voluntate. Pruckmann. *Vol. 1. cons. 27. num. 1.* Fit autem talis submissio, accur. Mylero *d. ∫ c. 90. num. 7* Knipsch. *l. 2. c. 5. num. 56.* Speid. *Spec. lit. L. num. 11.* vel *tacitè*, quâ de mox sub præscriptionis modo erimus acturi; vel *expressè*, arg. Ulp. *l. 1. ff. de jud.* Paul. *l. 28. ff. ad munic.* Imp. Anton. *l. 1. C. de jurud.* si nempe duo pluresve, neminem ante recognoscentes, & sic de novo, spontè, liberâ voluntate & unà eund. Superiorem recognoscant, eique unà cum suis, quas hactenus absoluto jure rexerunt, terris, in totum sese submittant; tunc enim Supremitas Imperatori, Superioritas verò Territorialis ipsis acquiritur. v. Ming. *concl. 27.* Car. von Hagen. *l. 3. c. 5. num. 5.* add. B. Parens m. *Vol. 3 disp. ult. de Voluntate. thes. 5.* Ast hæc dicta submissio non præsumitur ex *Confœderatione*, quæ nullam inducit subjectionem. JCtus Proculus *l. 7. ff. de capt. & post. rev. c. ex parte Abbatissæ 23. X. de privil. Clem. Pastoralis. 2. §. denique.* juncto §. *rursus. de sent. & re jud.* Zach. Viet. *de caus. exempt. Imp. concl. 21.* Neque ex *Protectione*, uti suo loco demonstrabimus.

XI.

Territoria talia, An & quat. alienari queant?

Dispiciamus nunc si jam *Formatum* sit Territorium, quomodo id uno pluribus acquiri possit *Alienando*, illiusque dominium in uno plures transferendo: Quamvis alienationis significatus planè generalis sit, ut, usucapionem, venditionem, locationem, cessionem, transactionem, divisionem, donationem, permutationem, repudiationem, manumissionem, & omnes actus, per quos transferri potest, amplexu suo contineat. S. Schard. *Lex. jur. h. v.* nunc tamen de uno & altero tantùm, hîc non inconveniente, videbimus: & statim quidem de Venditione.

XII.

Vendi?

Cùm enim nobis Territorium & Territorialis Superioritas seu

seu Jurisdictio necessariò cohæreant, resultat omninò hæc quæstio: *Num E. hæc ipsa in Contractum Venditionis & Emptionis veniant?* & videtur esse dicendum: Quicquid est publici juris, est inæstimabile, & tale non cadit in Commercium. arg. *l. 14. ff. l. 3. C. de jurisd. l. 13. ff. de L. Aquil.* B. Dn. Parens m. *in Tract. Synopt. ad tit. de contrah. empt §. 1. num. 7. &*, *juxta* Gloss. habens jurisdictionem, non potest eam à se abdicare, nisi resignando in manus Superioris, unde jurisdictionem accepit. *in l. p. verb. abdicando. ff. de off. Præsid. & gl. in L. 2. §. 24. verb. abdicaret. ff. de O. I.* Tamen consuetudine & moribus invaluit, ut Jurisdictio, quia hodiè Patrimonialis & propria, ad heredes transitoria, fructus ei, cui competit, ferens, æstimationem recipiat, & in commercio sit; quod latè explic. Tob. Paurmeist. *de jurisd. Imp. Rom. l. 1. c. 2. & 23.* B. Brunnemann. *in quæst. 19. ad W. de jurisd.* Siquidem, uti sæpiùs demonstratum, tanquam Jus reale activum, & dos, ab antiquo Territorii largita, iisdem inhæret passivè; ita quidem, ut alienato, æstimato & translato Territorio, alienata, æstimata & translata censeatur jurisdictio: quia est realis qualitas, semel terræ quæsita, (hodiè enim cum prædiis acquiritur & amittitur. B. Mev. *p. 2. dec. 314. num. 2.*) in omnes transiens, in quos transit Territorium. Bald. *in l. 3. ff. de const. Princ.* Bartol. *in l. 29 ff. de A. R. D.* Et sic de plano hæc alienationis species procedit. Quanquam M. Stephani *de jurisd. L. 1. c. 38. num. 41.* quoad hoc distinguit, utrum Consorti, i. e. Condomino Territorii fiat alienatio? quo casu affirmat; an verò extraneo? & hîc iterum subdistinguit; utrum cum loco, h. e. Territorio, an verò sine eo, & sic quoddam Territorii jus, alienare velit? Illo in casu etiam affirmans, hoc autem negans. Nos tamen hoc in loco id indistinctè ponimus, quia Territorium cum Superioritate conjunctum tractamus. Modò alienatio talis non fiat in læsionem Imperii. vid. Joseph. de Sesse *Decis. R. Arrag. dec. 79. num. 47.*

XIII.

Traditio eorum quomodo fiat?

Solo autem contractu Dominii translativo non acquiri Condominium Territorii talis, patet ex generali textu, *l. 3. pr. ff. de O. & A. L. 20. C. de pact.* sed traditione opus esse, vulgatum est. Fit autem ea inductione in ipsum Territorium, animo id trans-

transferendi & acquirendi: Ubi quidem non opus est, ut omnes glebas acquirens obambulet, omnia ejus loca singularia hoc animo intret, sed sufficit in universale territorium pedem hac mente immisisse. arg. *l. 3. §. 1. ff. de A. vel A. P.* Modò nemo alius sit in quasi possessione partis, uti ex Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 14. n. 6.* limitat Brunnem. *ad d. l. n. 3.* Unde alio non constituto in quasi possessione unius vel alterius Superioritatis juris (siquidem hanc ex variis constare juribus, alibi jam dictum,) sufficit unum actum, intentione & mente sibi omnigenâ & universalem jurisdictionem acquirendi, exercere ad acquirendum totam: ut cum Socin. Decian. Vantio, tradit Knichen. *d. tr. c. 3. num. 164.* uti econtrà, si quis in possessione universalis Territorii est, tertius in eo Superioritatis aliquod jus exercens, sciente & patiente Territorii Domino, unico actu non plus acquirit, quam quasi possessionem illius unici juris, & in eas tantum res, causas & personas, in quas actum illum exercuit. Hinc si continuavit per tempus lege definitum, quo præscriptio solet absolvi, tantum saltem præscriptum, Doctores dicunt, quantum possessum. Dn. S. Stryk. *de Jurisd. circumf. in Vol. 1. Disp. 22. c. 2. n. 30.* cujus asserti quatuor limitationes vid. ap. Besoldum *de Imp. & fam. or. c. 23. n. 94.* Add. Georg. Everhard. *V. 2. cons. 34. n. 24. 25.* Jac. Menoch. *V. 2. cons. 147. n. 55 seqq.* B. Joh. Harpprecht. *T. 2. ad t. de usuc. pr. n. 235.* Dn. G. A. *Struv. S. I. C. Ex. 42. n. 16* Dn. Sam. Stryk. *de decr. Interim. d. V. D. 19. c. 2. n 241.* Dn. H. P. Haberkorn. *Var. Jur. decis. 3.* Franc. Vivius *Dec. R Neap. l. 2. dec. 203.* Jos. Mascard. *de prob. V. 2. concl. 948 n. 6.* Hor. Carpan. *Com. in Stat. Mediol. Novis. c 19. n. 66.* B. Brunnem. *ad l. 8. §. 1. ff. si serv. vind. n. 6.* *C. P.* Richt. *dec. 15. n 22.* Th. Michael. *de jurisd. concl. 65.* ubi hoc communiter receptum, & Meichsn. talem sententiam latam testatur, *tom. 2. l. 2 dec f. n. 133.*

XIV.

Et Civilis, quo alii Singulares: Præscriptio.

Civiles acquirendi modi ex juris Brocardico alii sunt *universales*, alii *singulares*. Ad *Hos* spectat *Præscriptio*, quâ duo vel plures per continuationem possessionis pro indiviso, certo temporis spatio, lege definito, tanquam Condomini, alienum Territorium acquirunt; id, ut suum, ex justo titulo & bona fide possidentes, jura Superioritatis in eo exercentes, Domino

mino Territorii acquiescente, vel etiam in semet ipsum illos exercere patiente, post M. Steph. *l.2. p.1. c.7. n. 17. seqq.* Nic. Myler. *d. tr. de Pp. & Stat. c. 90. n. 5.* Reink. *l. 1. cl. 5. c. 2. num. 24.* quod dici potest: *Tacitè se submittere. Diuturna scientiâ & patientiâ*, dem widrigen Theil gleichsam selbst eine *Possession*/ und *per conseq. acquisitionem*, zueignen. *per l. 20. ff. de serv. l. 6. §. 1. in f. ff. si serv. vind. l. 1. in f. ff. de aq. pluv.* B. Brunnem. *cons. 167. n. 4.* Et ad hanc præscriptionem aliud tempus non requiritur, quàm aliàs ad rerum immobilium usucapionem aut præscriptionem. Cæterùm, si quis in alieno territorio quædam Superioritatis, illi territorio inhærentia jura: & sic non territorii jus universale cum territorio: præscribere vellet, dicimus (I.) ratione facultatis in se, hoc ipsum permissum esse, & usu ita exerceri; Uti enim aliàs in genere extra pugnam est, jurisdictiones præscriptibiles esse, Joach. Mynsing. *cent. 1. obs. 3. Ry. 25. num. 21.* & communem hanc esse sententiam asserunt, Hier. Schurff. *cent. 1. cons. 86. n. 2.* B. Harppr. *d. l. n. 232.* M. Wesemb. *p. 4. cons. 197.* Ah. Fritsch. *Jur. Fluv. p. 2. cons. 4. n. 13.* G. Everh. *d. cons. 34.* Sic & ipsum jus Superioritatis ac Territorialis jurisdictio ex communi sententia præscribuntur, Carl. von Hagen. Knich. Stephani. Reink. *dd. ll.* Did. Covarruv. *Tom. I. de R. I. cap. mala fidei. part 2. §. 3. p. 451. n. 8.* B. Brunnem. Es ist unlaugbahr/ daß nach gemeiner Meinung der gelehrten alle *Iura* und *Regalia*, so *per Privilegium Summi Principis* mögen erhalten/ auch durch unverdencklicher Verjährung/ wann sie also beschaffen/ daß kein Mensch eines *contrarii actus* sich erinnere/ und der *Superior*, wider welchen die Verjährung laufft/ dessen nicht unwissend/ können erworben werden. *cons. 167. n. 2.* Nic. Myler. *d. c. 90. n. 3. seqq.* Th. Michael. *concl. 63.* Unde, si Princeps Imperii potentiâ pollens, in Territorio alterius Status tempore immemoriali jura exercuerit, hic ipse eo elapso, restitutionem petendo, audiendus non est, secundum Mylerum *d. c. 90. n. 5.* Superadd. Excell. & Ampl. Dn. Præses, *in disp. de vitio furtivitatis & rei furtivæ constitutione. Anno 1663.* hîc Tubing. hab. *th. 33.* cum qua conferatur Disp. de Condictione rei furtivæ. Ann. 1669. Jenæ hab. Nec obst. *l. 1. C. de apparit.* ubi

Quid si in alieno Territorio Iura quæd. Superioritatis vult præscribere?

inconveniens dicitur, falcem in alienam mittere messem. Ratione verò subjecti (2.) requiri, ut præscribere hæc volentes sint Toparchæ, qui scilcet aliquod Territorium possident. Arn. Vinn. *de Jurisd. & Imp. c. 12. n. 8.* Quantùm autem (3.) ad tempus: variè hic sentiunt Doctores. Et regulariter longi temporis est præscriptio, *l. 8. C. de div. off. l. f. C. de emanc. lib. l. 18. C. de testam.* v. Did. Covarruv. *d. l. num. 3. sqq.* Fr. Martin. *de jur. Cens. c. 3. n. 134.* Distinctè tamen cum M. Stephani *de jurisd. l. 1. cap. 38. n. 33.* dicimus: aut cum titulo & bonâ fide id fit, & tunc non requiritur immemoriale tempus; uti communiter Doctores loquuntur: sed intelligi volunt de præscriptione sine titulo; id quod ex ratione, quâ utuntur, quòd hoc tempus vim privilegii atque concessionis, & sic tituli, habet, patescit. vid. citat. AA. à B. Dn. Mylero *d. l. num. 2. seqq.* M. Steph. *l. c.* Reinking. *d. tr. n. 26.* Semper tamen in hâc immemoriali præscriptione bona fides ut præstò sit, requirit Gloss. *ad c. 1. de prascr. in 6.* Aym. Cravett. *de antiq. temp. part. 2. §. materia. num. 29. p. m. 220.* Jos. Mascard. *de probat. Vol. 1. concl. 224.* ubi pluribus, quando & quomodo b. f. in dubio præsumenda. v. Dn. Myler. Metrolog. *c. 19. §. 19. n. 9.*

XV.

Consuetudo. Præscriptionis modo Doctores communiter jungunt *Consuetudinem*; Verùm quos mihi videre licuit, Synonymicè hæc accipiunt & ita explicant, uti videre est ap. Knichen. *c. 3.* Stephani, *l. 2. p. 1. c. 7. n. 139.* Reinking. *l. 1 cl. 5 c. 2. n. 24* Myler. *d. c. 90.* aliosque plures. v. gr. Si uno plures exercuerint in alieno Territorio actus proportionabiles, de quib. Knich. *d. l.* Michael. *concl. 65. seqq.* scil. qui non, nisi Superioritati conveniunt, idque Dominus illius Territorii, vel in Territorium, vel in semet ipsum patiatur, sine protestatione, sive propriâ, sive officialium quoque, (quoniam & h. m. per officiales Territorium amitti dicitur. Knich. *d. c. 3. n. 148.* Everh. *Vol. 2. cons. 34. num. 33.* Brunnem. *cons. 167. num. 5.*) nam protestatio interveniens conservat jus protestantis. B. Carpz. *p. 2. C. 2. def. 6. num. 4. & Const. 28. def. 10. num. 6.*

XVI.

Donatio m. c. Territorii porrò cum Territoriali Superioritate Condominium inducitur per *Donationem relatam, quæ Mortis causa* fit

fit duobus vel pluribus. v. c. Si donator mortalitatis cogitatione motus, in casum suæ mortis futuræ in duos pluresve consentientes Territorium cum Superioritate Territoriali contulerit, morte ipsius insecutâ Condominium erit validum; modò à JCto Africano *l. 22. ff. de mort. caus. don.* propter inhabilitatem, neuter excludatur. Per *ultimam voluntatem*, quin, suppositis semper terminis habilibus, constitui possit Territorii communio, animi vix pendeo: Dum ex parte ejus exemplum in m. c. donatione intuemur, quæ, licet, quoad constituendi modum, inter conventiones, attamen, quoad effectum, inter ultimas voluntates redacta legitur ap. M. Berlich. *p. 3. concl. 2. n. 35.*

XVII.

Per *Legatum* quoque Communio acquiritur, quod, præter memorata in d. Disp. de Condom. *th. 21.* edocent: Ulp. *l. 19. & 34. §. 9. ff. de Leg. 1.* Valens. *l. 10.* Ulp. *l. 20.* Celsus. *l. 80.* Paul. *l. 89. de Leg. 3.* Imp. Justinian. *l. f. C. com. de leg.* & passim in jure nostro. inque rebus corporalibus & incorporalibus. Pompon. *l. 16.* Marcian. *l. 17. ff. de Leg. 3.* & Ulp. *l. 41. pr. ff. de Leg. 1.* *Miserrima* aliàs *esset conditio Regum & Principum, si nec inter vivos donare, nec in testamento legare, nec de rebus suis*, scilicet Territorialibus & Jurisdictionalibus, *disponere possent*, inquit Brunnemann. *cons. 1. num. 17.* Ferd. Vasq. *de Success. t. 1. l. 3. §. 30. p. 3. num. 304. seq.* Menoch. *V. 12. cons. 1156. num. 31.* & ita Romanis amplissima regna per testamenta obvenisse, ex Briss. *l. 7. form. p. 662.* Bodin. *de Rep. l. 6. c. 2. p. 646.* notat Dauth. *qui test. fac. poss. numer. 253.* Vasq. *d. tr. t. 2. l. 3. §. 29. num. 3.* & Contr. Illustr. *l. 1. c. 35. n. 23.* Legatum.

XVIII.

Nec minùs de *Fideicommisso particulari* idem erit dicendum: licet autem verbis solùm fiat precariis. Ulp. *l. 115.* Nerat. *l. 118. ff. de Leg. 1. l. 2. C. com. de Leg. §. 3. J. de sing. reb. per fid.* effectûs tamen ratione optima intercedit exæquatio. Ulp. *l. 1. ff. de Leg. 1. d. l. 2. C.* ubi Dn. Brunnem. Nobis nunc sufficiat fingere casum: puta, si testator ad heredem fiduciarium ita: Credo te daturum: Scio te restituturum, post mortem meam hisce duobus, vel istis pluribus Territorium meum cum juribus & pertinentiis. arg. *l. f. C. de fideic.* jung. omninò *Remedium* Excel- Fideicommiss. particulare.

 len-

lentiss. Dn. Ferd. Christ. Harpprechti, Patroni ac Præceptoris mei maxumè suspiciendi, *ad d. L. Ex. 1. cap. 2. th. 37. & seq.*

XIX.

Alii Universales. *nempe* Hereditas.

Tantum de modis Jur. Civ. Singularibus; succedunt *Universales. §. f. 7. per quas pers. c. acq.* Si ergo per *Hereditatem* universum jus & patrimonium quis sibi acquirit, Julian. *L. 62. ff. de R. I.* Papinian. *l. 50. pr. ff. de H. P.* omninò etiam *Hereditas* nobis erit modus constituendi Territorii relicti Condominium. Abs re quidem non est, Jurisdictiones Territoriales olim penes solum Imperatorem fuisse, nec ullum, nisi administrationis, interdum familiaritatis, ratione, & quidem ad tempus, vel maximè ad vitam solumodò, de iis participasse, ut præter Jurisdictionem Imperatoriam omnes cæteræ personales & temporales fuerint, usque dum temporis tractu reales factæ, & hodiè omnes ferè jurisdictiones patrimoniales audiant. Steph. *l. 1. c. 25 n. 50.* & Principum, Comitum, &c. filii, dum Parentum heredes sunt, in Territoriis indubitatò succedant, & sic per hereditatem Condomini fiant. Unde manat, quod ap. Speid. *Spec. lit. L. n. 11. p. 754.* quòd Electores, Principes, &c. quantum ad hoc, plus juris in suis dignitatibus, quàm Imperator in Imperio, habeant. Præterea in Allodialibus tam lata est successio, ut æque fœminæ, quàm masculi, ad Territorium admittantur; nec minùs in Feudis-Francis, it. Hereditariis, non extantibus scil. masculis, ex sanguine provenientibus; tunc enim desinunt fœminæ dignitatis jurisdictionalis incapaces esse, Dn. Struv. *S. I. F. c. 9. a. 8.* Menoch. *Vol. 5. cons. 443 n. 25. & 44.* Cùm itaque plures defuncti sunt heredes, in relicto Territorio, usque dum divisio vel alienatio interveniat, Condominium inter illos præsumendum; eoque magis, si invicem starent ad unum panem & vinum; omnesque, seu unus communi nomine, administrarent. v. Menoch. *Vol. 2. cons. 122. n. 17.* Did. Covarruv. *Var. Resol. c. 19. n. 2.* Carpan. *Vol. 2. cap. 483 n 190. & variis seqq.* Sique feudalis sit jurisdictio, ita pro indiviso plures recipere potest dominos, ut tamen de jure F. singuli ad investituram petendam ac fidelitatem præstandam adstricti. Bern. Wurmser à Schaffttalsheim. *l. 1. t. 51. de feudis. O 35. & l. 2. t. 54. O. 19. n. 2.* Fachin. *L. 7. controv. c. 54.* Sed ex inveteratâ Germaniæ consuetudine unum eligunt,

qui

qui,tanquam Curator,communi nomine investituram petat,atque juramentum fidelitatis præstet. Mynsing. *cent. 5. O. 9. in fin.* vid. omninò Dn. Stryk. *Exam. I. F. append. de sol. invest. N. 3. §. 8. 9.*

XX.

An Condominium hoc cum liberis ex Matrimonio ad Morganat.?

Ast quæritur: *An sine distinctione omnes filii succedant?* e. g. Decedit quidam Princeps, relictis filiis, aliis ex matrimonio justo & consueto, aliis ex matrimonio ad morganaticam vel lege Salica, oder zur lincken Hand/ contracto, procreatis; quær. quid juris in successione, atq; sic Condominio Territorii? Et dicendum, sive abintestato, sive cum testamento, decedat, & hoc in casu scripserit, von Söhnen zu Söhnen / sive non, idem esse; ut scil. sub utroque casu filii posteriores sint exclusi; ita, ut nulla spes successionis filiis ex matrimonio ad Morganaticam foret. Verba quidpe von Söhnen zu Söhnen / masculos pro dignitate & conservatione familiæ continent. Dietherr. *Cont. Th. Pr. Bes. Lit. S. n. 33.* Atqui per dictos filios nec dignitas, nec conservatio familiæ est: ita enim Knipschild. *de fideic. fam. nob. c. 8. n. 440.* Daß die/ auß solcher Ehe erzeugte' Kinder an dem Vatter nichts erben / auch seinen Titul nicht führen/ sondern sich mit einem gewissen abfertigen zulassen/ schuldig seyn sollen. Vid. *2. F. 29.* ibi Bitschius. add. Dn. Struv. *S. I. F. c. 9. aph. 5. n. 8. 9.* & omninò Myleri Gamolog. *cap. 6. per tot.*

XXI.

De jure Primogenituræ.

Succedunt autem filii in Teriitoriis æqualiter, nisi, vel Legis, vel hominis facto, aliter dispositum. e. gr. ut *Primogenitus* solus succedat, & sic inter ipsum & fratres Condominium Territorii, certè quoad actum secundum, nullum sit. Wurmser. *d. O. 19. n. 2.* aut, ut loquuntur, omnis successio, quoad cæteros, dormiat. Hoc jus, uti ex origine suâ, à jure Div. Nat. Gent. Civ. Canon. dependens, ita per consuetudinem in totâ ferè Europa per adducta exempla quamplurima, introductum ostendunt, Ill. Dn. Eric. Mauritius, *in Specim. cons. Chilon. p. 2. c. 1 n. 5. & mult. seqq.* Joh. Jac. Speidel. *Spec. lit. P. n. 9.* Nic. Myler. *de Ppb. & St. I. R. G. p. 1. c. 21. n. 2. seqq* Dn. Jac. Thomasius. *de jur. primog. n. 12. & seqq.* quod tam sacrum habetur, ut circa illud, nec dispositio per ultimam voluntatem, A. Gail. *p. 2. cons. 3. per*

tot. nec inter vivos, procedat: sive quoad propriâ authoritate introducendum; sive introductum mutandum; ut etiam, nisi nullos relinquat liberos, huic juri nemo renunciare possit, si in præjudicium tertii tenderet. vid. dd. AA. & Besold. *V. 5. cons. 148. n. 40. seqq.* Viv. *dec. 519.* Cothmann. *V. 3. Rs. 1. n 14. & V. 4. Rs. 3. n. 35.* Gail. *l. 2. O. 153. n. 2.* I. B. Costa. *de quota & rata, quæst. 87. n. 10.* Dauth. *d. l. n. 253.* Jus tamen primogenituræ non semper ad unum tantùm pertinet, sed interdum ad duos, ut sic Condominium tale admittat. per ea, quæ ex Betsio *de pact. fam. Illustr. c. 8. p. 342.* Dn. Er. Maurit. *in d. Cons. n. 12.* neque semper (ait) hoc casu (ibi enim sermo est de primogenit.) unum successisse, sed interdum duobus, natu maximis, fratribus concessas fuisse provincias omnes distribuendas, reliquis fratribus assignatione certorum redituum à gubernatione & successione exclusis: ut ap. Hassiæ Landgravios olim & Comites Waldeccæ, usitatum fuit. Quæri insuper ex JCto Tryphonino *in l. 15. ff. de stat. hom.* potest: quid juris, Si ex duobus gemellis, quis primogenitus sit, non constat, vel ob incuriam obstetricis, quia nonnunquam, uti Plaut.

Id Interdum est penes duos.

Quid Si ex duobus Gemellis nescitur, quis primus genitus?

Adeò forma simili pueri, ut mater sua
Non internosse possit, quæ mammam dat.

vel ex alio casu, an Condominio Territorii tunc locus sit? quemadmodum etiam Regnorum primogeniis quæstionem hanc in casum talem evenientem hinc inde Doctores movent: apud quos Duodecim opiniones inveniuntur, quas refert Tiraquell. *de primog. quæst. 17.* ubi dicit, *communem esse; Si unus masculus, alter fœmina, ut ille præferatur; Sin ambo masculi vel fœminæ, ambo in Regno seu Primogenio succedant.* v. Dan. Moller, *Semestr. l. 2. c. 29.* Lud. de Molina *de Hisp. primog. l. 3. c. 1. n. 21.* Hier. de Cævallos, *opin. com. contra com. quæst. 248.* Chr. Besold. *Polit. l. 1. c. 6. n. 20.* ex citatis tamen nonnulli interdum judicis & Regni procerum electioni hanc causam committunt, interdum sortis judicio; quod quidem sine necessitate tentatio Dei, *c. 22. caus. 22. q. 2.* Electionem magis Regno conducere, argumenta haud ficulnea vid. apud B. Dn. Avum m. *de Elect.* Dn. Dan. Clasen. *Comp. Polit. l. 2. c. 3. not. 2.*

XXII.

Præter hereditatem etiam *Bonorum possessione* Territoria talia acquiri posse, non ambigimus: cùm & ea modus sit acquirendi patrimonium universum. Pompon. *in l. 119.* African. *l. 208. ff. de V. S.* Ulp. *l. 3. §. 1. ff. de bon. Poss.* Sed quia præter essentialem differentiam, quâ nimirum à jure ad Bonorum possessionem quis vocatur, sub conditione eam agnoscendi apud Prætorem: vid. omninò Excellentiss. & Consultiss. Dn. Præses, *in Disp. de Heredit. & Bon. possess. differentiis primariis. th. 25.* in cæteris differentia haud magna, & quoad effectum ferè nulla est, docente JCto Ulpiano *l. 2. ff. de bonor. possess. l. 24. §. 1. ff fam. ercisc.* Paulo, *l. 117. ff. de R. I.* Paul. Christinæ. *Vol. 4. decis. Belg. 1. n. 2.* idcircò indicasse de hoc modo nunc hæc sufficiant. De cæteris per universitatem aliàs acquirendi modis hîc aliquid afferre operæ haud est pretium. Et hæc de causa nostri Condominii Efficiente. Bonor. Possessio.

CAPUT V.

SUBJECTUM ET CONFERENS ET ACQUIRENS EXAMINANS.

Condominii Territ. Subjectum.

I.

Subjectum hoc Territorii cum Superioritate Territoriali Condominium acquirens, ex correlatorum natura, præmittit subjectum *Conferens:* quod scilicet in illo primùm *Formando* Fons & origo dicitur; Sicque universum nostrum Romano-Germ. jurisdictionis Territorium unum Summum agnoscit Principem, à cujus voluntatis dispositione omne jurisdictionis punctum, quod penes inferiores reperitur, promanat; reservato tamen semper quodam speciali, ne inter Supremum illum, & alios dependentes mutua pereat obligatio; quod nihil aliud, nisi Jus *Superioritatis absolutæ*, quâ Imperator R. G. nec parem, nec majorem, in universo suo Imperio Rom. Germ. æstimat: Hinc illa Superioritas dicitur quasi innatus character ab Imperatoriâ Majestate inseparabilis, ac tendens in universas Rom. Imperii causas atque personas, quod confirmat Arnisæus, *de Jur. majest. l. 2. c. 2.* Paurmeist. *de Jurisd. Imp. Rom. l. 2. c. 4. n. 142.* ut

1. Conferens *tum Formans, quod Imperator solus. De Ejus in Imperio Supremitate.*

ut omnia rescripta, beneficia, largitiones & amplissimæ concessiones, tacitè hanc clausulam semper annexam habeant: *Salvo jure Imperii, & Imperatoriæ Supremitatis.* vid. Goedd. *de restit. Baron. Vallendar n. 261. & seqq.* & R. A. *de Anno 1576.* §. Dadurch dann. Ita, cum à populo Romano per L. Regiam in Imperatorem omnis potestas (ei & in eum. § *6. l. de l. N. G. & C.*) abdicativè translata, teste, post plures, B. Dn. Avo m. Thoma Lansio in *Diss. ad L. Reg.* Imperatores postea, Romanis provinciis in Imperatorias & Consulares divisis, has Senatui populoque Romano assignârunt, cum Summâ potestate, ut tamen nihilominus Summa seu absoluta Superioritas, vel Supremitas, tanquam Reservatum, illæsa penes Imperatorem manserit. v. Herm. Vultejus *de jurisdict. t. 26. l. 2. num. 1. 2. p. 590.* Sic Imperator Augustus fertur Præfectis Summam post semetipsum, & Pacis & Belli tempore, potestatem concessisse. Knichen. *d. tr. cap. 1. n. 182.* Quamvis verò pòst, immutato Imperii Romani statu, dùm corona Imperii ad Germanos pervenit, Territoria in Imperio in eam erecta excelsitatem, uti idem Knichen. *loc. cit. n. 189.* loquitur, ut Superioritas & jurisdictio ipsis Territoriis relicta fuerit, quasi jus reale, ut cum Territoriis hæc transeat ad eorũ, quibus concessa, heredes & successores: propria eorundem per investituram facta: qua ratione non temporali ampliùs jure possidentur, sed perpetuo: Nihilominus Imperatorem *per prius* Summam potestatem in iis possidere: quoniam illi soli τὸ Summum adscribendum. Vasq. *contr. illustr. lib. 1. cap. 1. num. 10.* Berlich. *p. 1. concl. 1. num. 15.* Principes autem aliique omnes in Imperio R. C. *per posterius*, respectu suorum subditorum, dicitur: utpote qui ad obediendum & Imperatorem sequendum adstricti. vid. Joh. Bapt. Asin. *de Execution. § 9. c. 4. num. 10. p. 277.* econtrà tamen Imperator omnium jurisdictiones tueri, non turbare, & unumquemque Imperii Statum in eâ, quâ fuit conditione; à sui origine, conservare, nec jus Superioritatis, per semel factam concessionem quæsitum, auferre debet, vid. Capitul. Leopoldi §. 3. Gravett. *de antiquit. temp. p. 1. in pr. & n. 16.* Consf. Marpurg. *V. 3. cons. 35. num. 205.* illius verò institutionis Autor à potioribus Carolus M., ut dictum, judicatur. H. Vult. *in præf. lib. de jud.* Knich. *d. c. 1. n. 11.* Ziegler, *ad §. Landsassi.*

fassi, concl. 1. num. 6. & latè B. Carpz. *de L. R. G. c. 1. sect. 12. num. 7. ad 23.* Ampla hæc igitur Imperatoris potestas, quoad reservata, nulli necessitati subjecta, nullisque regulis limitata, Hippol. à Lapide *de Rat. Stat. in I. R. G. c. 16.* Thom. Smith. *de Rep. Angl. l. 1 c. 8.* ut, tanquam sacra sanctorum, non in Marsupio Imperatoris: qui licet volens, attamen eandem à se expropriare nequeat. Hincque dicitur, quasi innatus character, personæ Imperatoris inhærens, & ab ea inseparabilis. v. Rauchbar. *p. 2. quæst. 11. num. 31.* Arnisæ. *de jur. Majest. l. 2. c. 2.* Gœdd. *de rest. Baron. num. 80. & 89.* Klock. *Vol. 1. consf. 22. num. 80.* non solùm quoad *temporalia*, sed & quoad *Ecclesiastica:* quare Imperator semper manet deß H. Röm. Reichs Ober-Haupt/ deß Reichs wachendes Haupt. A. B. *tit. 2.* R. A. *de Anno 1566.* §. Demnach. de Anno 157. §. was dann dem ersten. Der Heil. Kirchen *Advocat.* Oberster Vogt der Christenheit. ap. Dom. Arumæ. *de J. Publ. ubivis.* Dn. Christ. Gastel. *de Stat. publ. Europæ. c. 4. num. 25.* Parthen. Litigios. *l. 1. c. 2. num. 33.* *Inseparabilis.* *Etiam quoad Ecclesiastica.*

II.

Ex his itaque relatis haud difficulter apparebit, quàm minùs veritati sint consentaneæ positiones Sebastian. Guazzini, Greg. Sayri, Christ. Haunoldi, Georg. Hornii, Paul. Æmilii, Hieronymi de Monte, Did. Covarruviæ, & aliorum, qui pro Summâ jurisdictione, Pontificibus Romanis in nostro Imperio competente, pugnare conantur, indeque ex parte autumantes, ab Imperatore ad Papam appellationem esse licitam. Sed etiam, contra hoc assertum, legitur edictum Maxim. I. wider deß Pabsts angemaßte Jurisdiction in dem Heil. Röm. Reich. ex Goldasto Limnæ. *T. 1. L. 2. c. 9. num. 100. & seqq.* ubi refert exemplum, quo ab Imperatore ad Papam appellanti, juxta Ord. Cam. *p. 3. tit. 51.* pœna dictata auff hundert Marck löthigs Golds/ in den Keyserlichen und Reichs Fiscum zubezahlen. Prorsus ergò exulantem in terris Imperii Papalem jurisdictionem dicit Joh. Stuck. *part. 1. consf. 15. num. 516.* add. *c. 21. c. 22. c. 23. dist. 63.* Latiùs hic videri merentur: B. Carpzov. *de L. R G. cap. 2. sect. 4. & 5.* item in Jurispr. Eccl. *Lib. 1. tit 1 def. 2* & in Vol. Disput. *Vindic. Theol. Lutheran. contra JCtos Dilligenses per tot.* Christ. Besold. *de appellat. c. 4. num. 7.* & in Coll. Pol. *cl. 1. d. 4. n. 20.* Phil. Knipschild. *Pontifici nullum hic jus est.*

F d. tr.

d. tr. l. 2. c. 3. num. 221. Dn. Christ. Gastelius. *c. 4. p. 47. & 51.* Arumæ. *L. V. disc. 2. p. 63.* Libellus, cujus inscriptio: *Consideratio causarum belli, Anno 1618. in Bohemia gesti, p. 1. sect. 4. 5. 6. &c.* & novissimè Excell. Dn. Schweder. in *introd. in Jus Publ. Imp. R. Germ. noviss. Part. Spec. sect. 1. c. 11. num. 5.* jungi etiam possunt Lud. Servinus, Petr. Fontey, Petr. de Marca, Guil. du-Peyrat, Laur. Bachellus, Lanier, & alii plures.

III.

Tum Formata transferens.

Hæc de formante cum hoc jure territoria, & eadem *transferente* primùm. *Formata* ita in alios, unum vel plures, transferendi, pro diversitate, potestatem habent, qui talia possident, & liberâ rerum suarum administratione inter vivos, aut per mortem relinquendi res suas, facultate gaudent. Accedimus ad Acquirentes.

IV.

2. Acquirens Generale, qualitativum, *sunt* Status Imperii. *An etiam Immediati alij, qui non sunt Status?*

In Subjecto *Acquirente*, *generaliter* & *qualitativè* considerando, non interesse arbitramur, Status sit Imperii, an non: Hanc etenim propositionem: Quicunq; non est Status Imperii, est incapax Superioritatis Territorialis: certã & tutam non esse, in sequentibus demonstrabitur. Ut enim Status quandoque sine Territoriali Superioritate, ita & hæc absque illa dignitate non abs re perdurabit; nam Statum esse Imperii, haud Patrimonialis est qualitas, sed inseparabilis personæ celsitudo, quâ in Comitiis competunt Sessiones, Subscriptiones, usus que aliarum Imperii Constitutionum, tanquam Statibus Immediatis; licet extorres jam ac depossessionati sint, ut nulla sub Imperio immediatè bona possideant. Gilman. *tom. 3. fol. 325.* Limnæ. *de I. P. t. 1. l. 1. c. 7. num. 96.* Reink. *l. 1. cl. 4. c. 1. num. 46.* Gail. *l. 2 O. 52. num. 9.* Zach. Vietor. *de caus. exemt. concl. 28. num. 31.* Exemplo, veteris quidem temporis, hoc illustrat Knipschild. *L. 1 c. 3. num. 109.* Ita dantur etiam Comites, qui sunt immediati, licet Comitatum ab alio in feudum recognoscant. Dn. Christ. Gastel. *c. 31. num. 8. & add. num. 9. cum seqq.* Speid. *Spec. voc* Grav. *p. 528.* Hodiernis tamen ritibus & moribus convenit, ut Principes & Status Imperii Territoria, & sic simul Superioritatis jura habeant, Lege cumprimis Feudaria, ut Imperatoris honor & Ma-

jestas Subditorum dignitate augeatur, ejusque Status potentior, magis honorabilis, magisque timendus, efficiatur. Knich. *de autocr. num. 4. 5.* Stephani *l. 2. p. 1. c. 6. num. 9. 17.* Hinc in Capit. Leop. *art. 44.* Daß niemand zum Stand deß Reichs anzunehmen / Sie haben sich dann vorher mit Fürstl. und Gräfflichen Reichs-Gütern gnug *qualificirt* gemacht. Item literæ de dato Braunschweig d. 15. Nov. Ann. 1654. ad S. Cæl. Majest. à Circulo Sax. missæ habent seqq. Haben wir uns auß denen Reichs-*Constitutionibus* und Herkommen erinnern müssen / was Gestalt der jenige / so zum Reichs- / insonderheit auch Crayß-Stande solle *admittirt* werden / in denselben Crayß mit Standmäßigen / unmittelbahren Reichs-Lehen und Gütern / auch gewissen Anschlägen solle gesessen und belegt seyn. Sic refert Dn. P. Muller *in tract. de Convent. Circul. in S. R. I. c. 2. num. 15.*

V.

Quomodo autem Territorium quis nanciscatur dictum. Ergò, ut in ea Condominium oriatur, fit, si uno plures simul & pro indiviso idem juris ac Dominii, quod unus aliàs tenere solet; modò in *quantitativâ* comprehensione ad minimùm duo, in unius locum succedentes, unum quasi repræsentent; ut ita pluralis locutio in duobus verificetur, vel duorum numero sit contenta. *reg. 40 de R. I. in 6.* Ulp. *l. 12. ff. de testib.* Julian. *l. 17. §. f. ff. de manum. vind.* Javolen. *l. 217 §. 1 ff. de V. S.* Dictæ verò reg: duplex notatur exceptio, scilicet in numero à jure præscripto. e. g. *l. f. §. f. C. de codic.* &, si ad præeminentiam significandam præmittatur: Wir sollen und wellen; wir befehlen. add. Hier. Pantschmann. *l. 1. qu. 9. num. 26.* Henr. Canis. *in J. Can. ad d. Reg.* Joach. à Beust. *de jurejur. L. 31. num. 721.* Quantitativum.

VI.

Veniamus ad acquirentium *qualitatem*, quæ *in Genere personas* complectitur habiles. Nec enim sufficit, ut unus & alter inter Condominos Superioritatis capax, alius verò ex iisdē incapax: dum adveniente unius ex Condominis inhabilitate jurisdictio cæteris accrescit. Ant. Capyc. *decis. Novis. Neap. dec. 27. n. 11.* Territorii ergo, & Superioritatis Territorialis incapaces sunt *Privati*, per supra allegata, ceu indigni jura Supe- *Habiles an sint* *Privati?*

 riori-

rioritatis percipiendi, adeò, ut, de facto jura talia usurpantes, grave, & Læsæ quidem Majestatis crimen incurrant, sicq; capitis periculum subire velint. *L. 2. C. ut nemo priv.* Ant. Capyc. *dec. 130. n. 27.* Camill. Borell. *conf. 86. n. 14.* Quòd si tamen dignatio talis Superioritatis, & concessio Territorii privato alicui ab Imperatore facta, ab illo confestim momento privati personam exuit, tanquam alius, suo nomine Territorii jure habens jurisdictionem, eamque Dominii, realis juris, titulo exercens. vid. Reink. *l. 1. cl. 5. c. 1. n. 17. & seqq.* Hinc est, quòd Civitates, Principibus Imperii subditæ, vulgò municipales dictæ, quoniam privatorum loco sunt, à Regalium exercitio abstinere teneantur, nisi ex alio quodam remedio, aliqualis capacitas, unius vel alterius cujusdam Regalis ipsis adjudicanda, uti circa jura Ecclesiastica non rarò fieri solet, ex Cothmann. *Vol. 4. Rsp. 33. n. 39. & verb. Constit. Relig. in* R. A. zu Augspurg. *de Ann. 1555.* §. Damit auch obberührte. Mev. *p. 2. dec. 305. p. 5. dec. 179. n. 6. p. 7. dec. 158. n. 3. seqq.* Brunnem. *conf. 142. n. 17. 18.*

VII.

Fœmina I *Fœmina*, utut aliàs, ob sexûs infirmitatem, ab officiis etiam Civilibus remotæ sunt in Imperio nostro, *per. L. 2. ubi Dd. ff. de R. I.* Illustres tamen à Territoriorum, cum Superioritate hâc, dominio & possessione non excludi, in tantum ex moribus Imperii Romano Germanici notum est, ut etiam veræ rationis Statûs modus acquirendi provincias & latissimas Dynastias, ab omni ferè ævo, fuerint matrimonia cũ illis contracta. enumerat exempla plura Dn. Myler. *in Gamolog. personar. Imperii Illustr. cap. 4. n. 1. & seqq.* Eas quoque, patre vivente, ipso actu Principes Fürsten und Fürstinnen esse, dici & existere, idem dicit Myler. *d. tr. cap. 20. n. 3.* succedere in Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus, dato, quòd, si Territorium feudale, feudum non fuisset concessum pro masculis & fœminis, docet Rosenthal. *d. tr. de feud. c. 7. q. 46. lit. t.* nec à Jure Superioritatis arcendas esse, cum citatis texx. & Dd. tradit Gothofr. Anton. *disp. feud. 14. th. 1. lit. b.* ob quarum ingenii præcellentiam, animique dotes etiam ad Regnorũ clavum, ex eorum legibus, hinc inde admittũtur. Notum est exemplum de Henrici VIII. filiabus: *Maria & Elisabetha.* v. Dn. Jac. Thomas. *disp. de Elisab. Angl. R.* itidem de Daniæ Semira-

miramide *Margaretha*, quæ per arma & nuptias tria Regna Septentrionalia junxit. Porrò de *Christina*, (cui ob summum in literas ardorem Gilbertus Gonim, Senator Parisiensis bibliothecam suam, monumentis literarum Orientalium nulli comparandam, & 20000. Imperialium æstimatam, donavit. Dn. Joh. Christ. Wagenseil. in *Coll. Mscr. de morib. p. m. 2.* add. R. P. Manderscheid. *confessionarii quondam Legati Hispaniæ, Judicium mscr. de Reg Suec. Christinâ*, quæ Romæ nunc agit an. 55.) *add. Eman.* von Metteren/ Histor. Beschr. deß Niderl. Kriegs. *part. 1. lib. 1. p. 20. 45. 58. & L. 13. p. 663. & part. 2. l. 23. p. 205. & seqq.*

VIII.

Quæritur ulterius: *Num Cæcitas capessendi vel retinendi Territorium, & in eo Superioritatis jura exercendi, habilitatem demat?* & constat, quòd ex definitione Sabini ob cæcitatem morbosus quis dicatur ab Ulp. *in l. 1. §. 7 ff. de adil. ed.* ac docente Menochio *A. l. Q. l. cas 66. n. 16.* talis inter personas miserabiles reducatur. add. Dn. S. Stryk. *de jur. sens. diss. 2. c. 4. n. 19. & seqq. & c. 2. n. 36. seqq.* ubi varia reperire licet exempla. Ex jure Feudali si decidenda est quæstio, dicendum, quòd à Feudi per successionem acquisitione cæci excludantur per verba ultima *2. Feud. 36.* ibi C. Bitschius. si naturâ, non casu, tale vitium accesserit: Ludwell. *synops. jur. feud. cap. 9. pag. 199. junct. c. 6. p. 127.* Sed d. locum de utroque modo accipiendum statuit Dn. Struv. *S. I. F. c. 9. aph. 10. n. 3. junct. c. 5. aph. 15.* cumprimis, si cæcitas non medicabilis & successionem præcedat: Si enim casu tantùm, non verò propriâ culpâ atque delicto, supervenerit uni ex pluribus, Territorium ita habentibus, feudum etiam Regale, seu Regalem dignitatem, retinere potest, definiente ita Rosenthal. *d. tr. cap. 7. concl. 28. n. 9* (qui *quæst. præced. n. 14.* sententiam, statuentem talem imperfectionem, etiam successionem antecedentem, non removere ab ea, magis æquam appellat.) Nihilominus ergo talis Cœcus in Condominio suum retinebit locum. v. Dn. Stryk. *d. tr. c. 3. n. 3. 52. 58. seqq.* ut ideo cœcitas habilitatem demat in tantum, minùs verò adimat; nisi loci consuetudo, vel specialis sanctio Legis sit adversa. Sic olim Reges Insulæ Ormus, cum ad talem potentiæ apicem pervenîssent, suis fratribus, cum aliis necessariis, oculos perfodi curarunt, quo inidonei ad istud munus

Cæci.

ſubeundum habiti fuere. referente, Joh. Andr. à Mandelslo *in ſuo Itinerar. Orient. l. 1. cap. 8. n. 31.*

IX.

Principes tantùm? Cæterùm, quales etiam ſint perſonæ acquirentes, ſive Principes, ſive non, nihil, quantum ad Territorium ejusque Superioritatem, invicem diſtant; quia Territorii, eique inhærentium Superioritatis jurium, à Supremitate dependentium, una & eadem ſemper eſt eſſentia, nec à diverſitate ſubjectorum, quibus competunt, differentiam accipiunt; ſiquidem ſpecie eadem manet Superioritas Territorialis, Hohe Lands-Obrigkeit / quæ in Principe Land-Fürſtliche / in Comite Gräffliche / in Civitate Stättliche / in Nobili Adeliche / Ober / oder Herrligkeit. M. Rumelin. *ad A. B. diſſ. 1. th. 11. & 13.* Meichſner. *tom. 2. libr. 1. deciſ. 8. n. 2.* talia quidpe epitheta ad denotandam perſonalem ſolummodò dignitatem, & inde prodeuntem præcedentiam, junguntur: nam, vigore der Landshohen Obrigkeit / quilibet talis Dominus Territorialis poteſt habere ſuos ſubditos & Landſaſſos. Boer. *deciſ. 227. n. 7.* ad aſſecurationis juramentum cuilibet Condominorum adſtrictos. Dann die Erbhuldigung iſt ein vornehmes Stück der Landſaſſerey / welche / vermög gemeiner beſchriebener Rechten / ein jeglicher Landſaß und Unterthan ſeinem Lands-Fürſten / (i. e. Landsherren) zuthun ſchuldig / ſcil. underthänig / getrew / gehorſam ꝛc. zu ſeyn; und machet einen *actum jurisdictionis univerſalem.* Joh. Rudinger *obſ. ſing. Cent. 2. obſ. 30. n. 3.* Knipſch. *l. 1. c. 12. n. 82. ſeq.*

X.

Speciale In *Specie* verò Condominii hujus Territorialis Subjectum ordinarium & proprium ſunt *Status Imperii Romano-Germanici*, quibus per Jus Germaniæ publicum ità perpetuo & Succeſſorio nomine, cum Territoriis, Superioritas Territorialis appropriata creditur, ut non ampliùs id in dubium vocari queat: uti loq. Beſold. *th. pract.* & Speidel. *Spec. voc.* Lands-Fürſtl. Obrigkeit. Mev. *p. 2. dec. 305. n. 8.* Brunnem. *Conſ. 166. n. 18. 23. 42.* Quapropter hanc univerſalem jurisdictionis conceſſionem, Majeſtaticam fermè jurisdictionem, exercere, ac *quaſi Imperatores*, ſecundum Speidel, *d. l.* audiunt. Steph. *l. 2. p. 1. c. 7. n. 32.*

XI. Et

XI.

Et ex Statibus quidem primò omnium sunt PRINCIPES; vocabulo hoc accepto, non quomodo JCtus Ulp. *in l. 31. ff. de LL. l. 1. ff. de const. Princ. §. 6. J. de I. N. G. & C.* & communiter Jus Romanum id accipit, pro ipso scil. Imperatore; nec uti Moribus latissimè accipitur, ut sub eo etiam veniat Imperator, Rex: qui hunc titulum non renuunt. sicuti patet ex inscriptionibus Cæsareis, Regiis. dem Aller-Durchleuchtigsten/ Großmächtigsten/ Unüberwindlichsten Fürsten und Herren/ Herren Rudolpho dem Andern/ Römischen Kaysern ꝛc. Item: dem Durchleuchtigsten/ Großmächtigsten Fürsten und Herrn/ Herrn Christiano dem Vierten/ in Dennemarck/ der Gothen und Wenden König. Tob. Paurmeist. *d. tr. l. 2. c. 9. n 6.* & simili ratione in Gallia Principis nomine de Rege sermo habetur. Cluten. *Syllog. rer. quot. th. 26. lit. a.* Vasquius *Ill. contr. l. 1. cap. 1. n. 1.* Sed pro illis, qui Imperatori contradistinguuntur, & communiter Reichsfürsten appellantur: quamvis & horum perpauci primis temporibus hâc Principali excelsitate ab Imp. Rom. investiti fuerint, teste P. G. Tholosano *de Rep. l. 6. c. 4. numer. 3.* siquidem hæc Principum potestas pedetentim crevit, observante cum aliis Dn. G. Schwedero. *Introd. in Jus publ. I. R. G. noviss. part. Spec. sect. 2. cap. 10. n. 6. inf.* *ex Statibus sunt Principes.*

XII.

Quanquam verò hoc nomine aliàs & ELECTORES Imperii continentur; non tamen possunt illi in suis Electoralibus Territoriis, quoad actum secundum Condominium habere; cùm soli primogeniti cedant, & cæterorum fratrum jus succedendi, vivente eo, dormiat; uti supra explanatum. Possunt quidem cum aliis Condominia Territorialia habere; verùm non quà Electores; qui adeò Principes sunt, ut Regibus etiam æquiparentur. Unde, die Churfürsten schreiben den Königen/ E. Liebden/ und nicht E. Gn. dann sie seynd den Königen gleich. Speid. *Spec. lit. C. n. 41.* add. Dn. Schweder. *d. sect. 2. c. 2. n. 9.* *An & quat. Electores?*

XIII.

Quare, seclusis Electoribus, Comitibus verò & Baronibus Superiores per Principis vocabulum hic intelligimus: præfulgent autem Territoriis talibus *tam Ecclesiastici, quàm Politici* *etiam Ecclesiastici.*

ordinis Status. Menoch. *V. 10. conf. 1000. n. 81.* Knich. *c. 1. n. 299. seqq.* Besold. *Thes. Pr.* v. Abbt. adeò, ut illi etiam ne à Forestali quidem jurisdictione excludantur; quod comprobat Stephani *d. c. 7. n. 432.* Quamvis enim personæ Ecclesiasticæ perpetuo, & transmissibili ad heredes jure, Territoria non habeant; tamen non secùs, ac cæteri Seculares Principes Imperii, de Territoriis cum omnibus juribus & regalibus Territorialibus, mit aller weltlichen Obrigkeit/ ab Imperatore investiuntur. Speid. *Spec. voc.* Lands-Obrigkeit. *p 755.* uti Abbas Fuldensis, Albi Castrensis, Campidonensis & Murbacensis à Carolo IV. Principû titulo decorati, notante Crusio, *in Annal. Suev. p. 3. l. 5. f. 264.* Hinc est, ut etiam se scribant Seculares, wir von Gottes Gnaden / vel Ecclesiastici, von Gottes Verhängniß: non tantùm ad confirmandum, quomodo in quavis actione omnia à DEO proficiscantur; sed & potestatem demonstrandam; per ea, quæ tradit Limnæus. *de I. P. Tom. 1. lib. 4. cap. 6. num. 15. & 34. item T. 4. add. l.* Besold. *Thes. Pract. d. v.* Abbt. Nec obicem ponit, quòd hâc ratione ob ejusdem tituli usum disparitas inter Imperatorem, & Principes sublata: hujus enim argumenti, in formà considerandi, & Major & Minor laborant: quoniam I. in Imperio & potestate discrimen quærendum, minùs verò in Titulationibus. Rich. Dieterus *de Summâ S. l. potest. concl 15.* Et II. neutiquam concedimus, eundem d. tituli, Wir von Gottes Gnaden/ respectum in Imperatorē & Principe: Is nempe, hoc modo, intelligi vult potestatem, à solo Divino Numine dependentem: Hic ex privilegio magis illum possidet, & quidem *particularem*, ad explicandum Superioritatis dependentiam; nam qui universalis ac independens, solius est Imperatoris, & fit, ut Principes in literis ad Imperatorem, d. titulum aut postponant, aut planè omittant, Dn. H. P. Haberkorn/ *dec. 134. quæst. 134.* Arumæ. *Vol. 2. disc. 24. num. 12.* superadd. Dn. Frid. Geisler. *disp 1. & 2. de h. titulo, Lipsiæ Anno 1677. habitas.* Hîc ultimo loco notandum, quòd hodiè, inter Principes Imperii, Ducatuum, similiumque Territoriorum Condominia rarescant, quò frequentius incipit inter eos esse jus primogenituræ.

De Titulo von Gottes Gnaden.

XIV.

XIV.

COMITES seu GRAVIONES, Graffen deß Reichs dicti; nam, quantùm ad jura realia, eadem Superioritas Territorialis, quæ apud Principes per τὸ Lands-Fürstlich/ hic per Gräfflich/ indigitatur; uti relatum in Camerâ, *in causa* Hirnheim *contra* Chur-Pfaltz. apud Meichsnerum *tom.2.lib.1.dec.8.n 3.* & cum multis authoritatibus Joach. Cluten *d.l. th.26 lit.a.* quia eundē agnoscunt Superiorem, nempe Imperatorem; & plerique Comitatus sunt Reichs-Lehen/ quare eandē cum Principibus in Comitiis habent Sessionem, ut tn. inferioris habeantur gradûs: quorū propterea, Comitum puta, ut & Baronum, vota, non ut Principum, sunt curiata. Dn. Gastel. *c. 31. num.6.* nam etsi omnes (scil. qui sunt in territorii regimine: cæteris enim talis aditus est præclusus,) ad Comitia & Conventus vocati, attamen duorum saltem suffragiorum quondam jus habuerunt. Knipsch. *l. 1. c. 3. numer. 95.* item *l. 2. c. 5 num. 80, 104.* Bernh. Bertram. *de Comit. I.R.G. membr. 3. num. 39.* add. Limnæ. *tom. 1. lib. 1. c. 8.* Speidel. Besold. Dn. Dietherr. *voc.* Grav. Gefürstete Graven. Reink. *l.1.cl.4.c.14.* Dn. Gastel. *c.21.& 31.* Carpz. *de L.R.G.c.3 f.13.n.31.* Nunc autem iis adhuc duo indulta, nempe anno 1641. Franconici Circuli Comitibus, & pòst, ad supplices preces in Comitiis Ratisponensib. anno 1653. exhibitas, Westphalici & Inferioris Saxoniæ Territoriorum Dominis hujus Ordinis. Limn. *tom. 2 Addit. ad lib. IX. c. 1. n. 143.* Joach. Hagemeyer. *tr. de Comitiis. cap. 5. p. 25.* Comites.

XV.

BARONES. Freyherrn/ Edle-Herrn/ Freyen/ Semper Freyen. Tob. Paurmeist. *l. 2. c. 10* Steph. *l. 2. p. 1. c. 6.* Limn. *T. 1. l. 4. c. 5.* non minùs perpetuam Territorialem jurisdictionem cum suis Territoriis possidentes, ac alii Principes Imperii, Paul. Castrens. *V. 1. cons. 31 num 1 G* Everhard. *V. 1. cons. 45. num. 47.* imò Baronum quorundam potentia & authoritas in Imperio, plus ponderis, quàm alibi Principum & Ducum, habet, dicit B. Carpz. *pract. Crim. p. 3. q. 150. num. 24.* Nam de Statu præterito ita recenset Seb. Munsterus *in Cosmogr. l. 3. c. 20 p.m. 469.* In dem Buch der Landrechte Germanie wird allein gedacht der Fürsten/ und Semper-Freyen/ uñ Freyherren/ aber der Graffen nicht anderst/ als Richter; Dann die Graffen waren Richter/ die Burg-Graffen/ Burg-Richter/ Marck-Graffen/ Marck-Richter/ Land-Graffen/ Barones.

Land-Richter. Es hat auch deß Pabsts Cantzley im Brauch/ daß sie in ihren Bullen und Brieffen die Freyherrn in Titul setzt für die Graffen. Disting. verò, quantùm, ad hanc prærogativam, inter Barones, qui non tantùm sunt Status, sed & ad Comitia vocantur, (sunt autem hodiè, ait Goldast. *de regn. Bohem. l. 2. c. 16. num. 4 f. 240. complures Status in Imperio, qui ad Comitia non modò non vocantur, sed & ultrò comparentes à Sessione & Consultationibus excluduntur,* cujusmodi catalogum ex Goldasto exhibet Knipschild. *l. 1. c. 3. num. 94.* & econtra, non insuetum est, etiam illos, qui non sunt Status Imperii, ad Comitia ab Imper. vocari, juxta Dn. Struv. *diss. jur. publ. de requis. Stat. I. R. G. th. 12.*) Imperioque immediatè subjecti: qui omninò, ob solam immediatam subjectionem, præferendi Comitibus mediatè subditis, uti ex Steph. *d. c. 6. num. 125.* producit Speidel. *voc* Freyherren. Barones idcircò Imperii, Imperii Comitibus æquiparantur. M. Mager. *de Advoc. Arm. c. 6. num. 87.* ut nulla realis differentia eos intercedat; Simul enim Barones cum Comitibus auff einem Banck Sessionem & votum habent, & hinc passim ap. Scriptores conjunguntur, die Graffen und Herren / (sicque in Recessibus Barones sequuntur Principes) qui eandem potestatem in suis territoriis, virtute der Lands-Ober-Herrligkeit/ exercent, ac cæteri Domini Territoriales; differunt ergò ad invicem nomine & unico gradu ratione præcedentiæ. Reink. *l. 1. cl. 4. c. 15. & 21.* Rumelin *ad A. B. p. 2. diss. 1 thes. 16. p. 310. lit. b.* Sixtin. *de Regal. l. 1. c. 4. num. 38.* vid. Paschal. *de coron. lib. 9. c. 22* Atque sic, si ex enarratis hactenus uno pluribus Territorium tale quæsitum est, modis supra recensitis, Condominium inter eosdem esse, ex se patet.

XVI.

Civitates Imperiales. CIVITATES IMPERIALES, Imperii, Liberæ, Reichs-Stätt/ Freye/ item Erbare-Reichs-Stätt. R. A. *de A 1544 §.* und nehmlich sollen alle. Inter quas harmonica convenientia. Limn. *t. 3. l. 3. c. 1. n. 50.* Liberæ autem non omninò, ut Helvetiorum, Rhætorum Respubl. se adferunt; itidem Venetiæ. Th. Bozius *de Stat. Ital. l. 3. c. 3. n. 15* Genua. Menoch. *V. 1. consf. 2. n. 59.* Luca. quæ, teste Sigonio, libertatem emit pro 12000. ducatis; cujus protector R. Hispaniarum. Nic. Bassæus *in del. Ital. p. m. 242.* (alio tempore Dominos coluit Scaligeros Castrucios.) Sed ita dictæ,

quia

quia immediatè Imperio subsunt, & territoria non minùs, ac cum his Superioritatis jus, possident, quàm reliqui Status, realitatis ratione. Enimverò jus personale non ingreditur essentiam juris realis, & vel ab- vel ad-esse potest, sine Superioritatis deminutione. Cothmann. *V. 2. Rß. 29. num. 523.* Klock. *de contribut. cap. 5. num 67.* Hæ namque Civitates plurimùm, successu temporis, tale sibi acquisierunt Imperium & jurisdictionem terrarum atque locorum. Bartolus *ad l. imperium 3. ff. de jurisdict.* ut omnia Regalia, omnimodam jurisdictionem, scilicet Secularem, &, contra Jurisconsultos Dillengenses, Ecclesiasticam, cum Superioritatis jure possideant; quod latiùs pro & contra distinctè examinat Knipsch. *de jur. & priv. Civit. Imperial. per totum ferè librum 2.* Unde in concluso quodam, in Sachen Braunschweig *contra* Braunschweig/ legitur: *Civitates Imperiales ab aliis Statibus, non quoad substantiam dignitatis, sed solùm ad gradus ejusdem, non ad magis & minus, sed ad majus & minus, differre.* & Lehmannus in Speyr. Chronic. *L. 4. c. 13.* in einer jeden Reichs-Statt ist der Raht gleich einem Fürsten und Graffen deß Reichs in seinem Lande/ wird auch von der Burgerschafft an Statt eines Fürsten erwehlt und gesetzet/ und gleich wie andere Underthanen ihrem Landsfürsten/ Graffen und Herren/ zur Treu-Huld und Gehorsam/ vermittelst leiblichen Eyds/ verbunden; also auch die Burgerschafft in denen Reichs-Stätten ihrer Obrigkeit. Harum autem Territorialem potestatem, Stättliche Lands-Obrigbrigkeit/ Carpz. *ad L. R. G. c. 1. sect. 12. in fin.* ulterius ita confirmat Besold. *de succ. & mutat. c. 29. n. 68. 72. eo ipso, quòd in numerum Statuum cooptata, simul Superioritatis jura acquisiverunt.* Michael. *de jurisd. concl. 46. lit. g.* Mager. *de advoc. arm. c. 6. n. 187.* Gail. *2 O 57. n. 7.* & *de Arrest. c. 9.* Atqui, *in Matriculam Imperii sunt relata, Sessionem cum voto decisivo in Comitiis habent, Contributiones Imperii persolvunt, omnes ferè Recessus disertam illarum faciunt mentionem, &c.* vid. Besold. *de jure & Imp. Civit. Imp.* Bruning. *de var. univ. spec. th. 16.* Bechthold. *in Syll. mat. jur. p. 72.* Mager. *d. c. n. 146. & seq.* Quamvis communi ferè usu & consuetudine hoc introductum, ut se in *protectionem* dent alicujus Principis Imperii, &c. Consil. Marpurg. *Vol. 3. cons. 19. n. 145.* sine ullo tamen Superioritatis Territorialis præjudicio. *c. 8.* ibi gl. *in verb. protectionis. & c. 17. X. de privil. add. t. t. C.*

Etsi sint in alicujus Principis protectione.

de domest. & protect. lib. 12 Schurf. *Cent. 3. consi. 23. n. 1. seqq.* Statutis etiam, secundum conventionem, temporibus, protectionis salarium, das Schutz- und Schirm-Geld/ solvunt: quod licitè & honestè accipiendum, diligenter edocet Mag. r. *d. tr. cap. 14 n. 132.* Zas. *l. 2. cons. 7. n. 67.* Quale Honorarium Serenissimi Wirtembergiæ Duces quotannis accipiunt à Civitate Reutlinga, die S. Apost. Matthiæ ein hundert Goldgulden/ und solche entweder in speciebus, oder den jedesmahl gangbahren Wehrt dafür. Knipsch. *L. 3. c. 44. n. 27.* à Civitate Eslingâ. d. 1. Januar. 100. Ducat. in specie. Similiter gibt der Thumprobst zu Würtzburg dem Marggraffen zu Brandeburg jährlich 2 Malter Schirm-Habern/ und 30. Pfund Ungpfenning zu Schirmgeld/ die Unterthanen dafür zubeschauen/ h.e. zubeschützen. Wehner *voc.* Schirmen. Possunt siquidem non aliter, ac cæteri Status, alios simili modo recipere: sic enim protectio & advocatia Monasterii Denckendorffensis (quod nunc vi Lands-Fürstlicher hoher Obrigkeit/ ad nostrum Wirtembergiæ Ducatum spectat.) Anno 1350. ab Imp. Friderico, & Anno 1408. ab Imp. Rudolpho, Civitati Eslingæ data fuit. Knipsch. *L. 3. c. 13. n. 25.* Hîc autem excluditur protectio, quæ dicitur Lands-Fürstlicher Schutz/ Land-Schutz/ & Territorii jure est radicata. Reink. *l. 3. cl. 5 c. 3. n 32.* qualem agnoscunt Civitates Municipales, quæ ita ad Dominos spectant, ut, alterius protectionem agnoscentes, sub mandatis pœnalibus, Superioritatis virtute, retrahi & revocari possint. Schwanmann. *Obs. Cameral. 1. n. 13 & seqq* Brunnemann. *Cons. 169.* Nec porro officit, etiamsi Principes extra suum districtum, nempe, in hujusmodi Civitatis Territorio jura quædam singularia v.g. merum imperium, vectigalia, salvum conductû, &c. habere comperiatur ex præscriptione vel conventione: nam extra hæc pacta conventa suâ placide fruuntur libertate. Andr. Gail. *lib. 2. Obs 54. n. 10. Instr. Pac. Osnab. c. 8. §. 4* es sollen auch. Add. Generosiss. Dn. Baro à Frisen. *de jure Princ extra Territ.* Uti ergo Civitates Imperiales Territoria habent, & Superioritatis Territorialis capaces sunt; ita & Condominia Territoriorum habere queunt, vel cum aliis Civitatibus similibus, vel cum cæteris territoria possidentibus. Hîc verò subjiciendum, ipsam Universitatem Civitatis talis totam in Territorio suo dominium habere, non autem ad singulos de illa Condominium pertinere, *arg. l. 7. §.*

l. ff. quod cuj. univ. nom. Ergo ad Condominium, de Imperialibus Civitatibus prædicandum, requiritur concursus Civitatis cujusdam Imperialis, vel cum alia Civitate Imperiali, vel cum alio Imperii immediato, in certo Territorio. Hactenus de Imperii immediatis Territoriorum talium, adeoque eorundem Condominii capacibus, qui sunt Status Imperii. Sequuntur

XVII.

NON STATUS. quales Territoria talia habere ac possidere posse, verius nobis videtur ex sequentibus. Non enim præcisè jus Territoriale ad Statum est restrictum, Knich. *Velit. Apolog. n. 13.* sed diversa sunt hæc & separata, ita ut Territorialia etiam aliis, quàm Statibus immediatis, competere ex concessione queant; sicuti profert, Ziegl. *ad concl. aur. Calvoli.* §. *Landsassii concl. 1. n. 226.* Sed sufficit, ut quis immediatè Imperio sit subjectus; uti econtra, qui non immediatè vivit sub Imperio, in eum non cadere potest jus sublime Territorialis Superioritatis. ut apparet ex Rec. Imp. de Anno 1548. §. Wiewohl auch. ibi: in Ansehung/ daß solche Graffen und Herren nicht immediatè Glieder. & porrò, welche dem Reich nicht/ sondern andern ihren Lands-Fürsten unterworffen/ auch nicht Güter ohne Mittel von oder under dem Reich hätten. Coedd. *de rest. Baron. Vallendar. n. 208.* Reink. *d. tr. de R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 2 n. 49 & seq. & c. 3. n. 10.* Menoch. *Vol. 1. cons. 75. n. 36.* Dn. Struv. *disp. Jur. Publ. de requis. Stat. Imp. Rom. Germ. th. 22.* Dn. Nic. Chr. Lüncker. de *Gravam. extrajud. p. 2. c. 4. § 3. n. 11.* Hujusmodi ergo non Status Territoria tenent; & ob id eorundem cum Superioritate Territoriali Condominia habere possunt. ut

Ex Non Statibus an territoria habeant? Aff. scil.

XVIII.

NOBILES IMPERII IMMEDIATI. v. Jos. Nolden *de Stat. Nobil. Civ. c. 1.* Munster. *Cosmogr. l. 3. c. 21. per tot.* Die Freye von Adel/ Freye Reichs Ritterschafft/ welche ohne Mittel der Keyserl. Majestät/ und dem Reich unterworffen. Rec. Imp. de Anno 1655. §. und in solchem. Ord. Camer. *p. 2. tit. 5.* auch von anderer Herren Lands hohen Obrigkeit befreyet; qualis Nobilitas Sueviæ, Franconiæ & Superioris tractûs Rheni, Die Schwäbische/ Fränckische und Rheinische Ritterschafft. Insignis JCtus Dn. Er. Mauritius *de Nobil. German. th. 26.* Coedd. *d. l. n. 370.* Wehn. *voc.* Ritterschafft. & jungit Besold. *de Ord. Eq. Lib. num. 6.* Nobili-

Nobiles Imperii Immediati.

bilitatem Wetteravicam. Pari jure, quòd & Alsatiæ Equestris Ordo gavisus nuper, constat; ut videre est ex libro, qui inscribitur: Deß H. Röm. Reichs Frey-ohnmittelbahrer Ritterschafft im Vndern Elsaß / Adeliche Ritter-Ordnung / Privilegia, und Kays. Rescripta: Sed annon hi Nobiles aliquandò Status Imperii quoque fuerint, quia toties inter eos illorum mentio fit. e. g. und darumb mit gutem Rath / unser / und deß Heil. Reichs Chur-Fürsten / Geistlich und Weltlich / Graffen / Herren / Ritter / Edle Knecht und Stätt. item, quia ab onere indictionum & contributionum Imperii non exempti, per Rec. Aug. de Ann. 1500. fusiùs disquirunt Bertram *de Comit. m. 3. num. 39.* Ming. *de Sup. terr. num. 46.* Nold. *d. tr. c. 16. num. 149. & seq.* Besold. *de Imp. & fam. or. c. 29. num. 74.* & addi meretur Hyppolythi à Treißbach / (qui in modò alleg. Disp. de Nob. Germ. th. 29. fertur non alius, quàm Phil. Knipschild.) unvergreiffliches Bedencken / über etliche Fragen der Reichs Ritterschafft Stand und *Session* betreffend. Hoc tamen est certissimum, illos hodiè, utut non Status, nihilominus ratione Territoriorum cum Superioritate, idem tenere, ac, qui sunt Status; ut ex communi Doctorum assertione, vigore der Adelichen hohen Obrigkeit / omnium Regalium & jurium Territorialium in suis districtibus sint participes. Unde videmus, eos etiam beneficio Constitutionis de Pace Religionis gaudere: ita enim verba sonant: Die Freye und ohnmittelbahre Reichs Ritterschafft / auch alle und jede derselben Glieder / samt Unterthanen / und ihren Lehen und eygenthumlichen Gütern / rc. Krafft deß Religions-Friedens und gegenwärtigen Vergleichs / in den rechten die Religion betreffend / und dannenhero kommenden Beneficien / sollen gleiches Recht haben / welches obgedachten Chur-Fürsten und Ständen gebühret. in Pacif. Osnab. *art. 5. § 9. 10.*

XIX.

Hoc v. à non paucis in dubium vult vocari.

Et hæc ipsa de Nobilibus Immediatis assertio, utut tot textibus Imperii Constitutionum, Authoritatibus Doctorum, atque maximè Juris publici Scriptorum, sit munita: sed & eand. ipsa comprobet experientia; non tamen desunt, qui eos Territoriorum talium, aut Superioritatis Territorialis, incapaces esse asserunt Gœddæus, Rumelinus, Dn. Strauchius, & non pauci ex

ci ex recentioribus, qui eum citant, & sequuntur. Ita imprimis argumentantes: (ut taceamus de illa positione; quicunque non habet in Comitiis votum, is nec habet Dominium Territoriale; quia illius consequentia ex ipso sequenti argumento depromta videtur.) Statum Imperii esse, & habere Superioritatem Territorialem sunt relata, ut positâ vel negatâ qualitate Statûs, ponatur, vel negetur Jus Territoriale, & vicè versa. Atqui Nobiles Imperii Immediati Status Imperii non sunt. E. nec Superioritatem habebunt Territorialem. Sed illa in Maj. relatio non satis evidens apparet; dum quidem Superioritas Territorialis propria Status Imperii est affectio, ita, ut, scil. sicuti Mylerus ait, *ne nomen Status Imperii inane sit*, hodiè, quicunque est Status Imperii, is habeat Territorium, & sic Superiorit. Territor. Phil. Andr. Burgoldens. Not. rer. illustr. *I. R. G. part. I. disc. 18. n. 4.* vix tamen contra, propter verba Besoldi *d. tr. c. 30 n. 74. & seq.* quæ hæc sunt: *Licet Nobiles Immediati non amplius inter Status connumerentur, ex hoc tamen non sequitur, illos Superioritate Territoriali non gaudere; aliàs non Liberi, & sic non Imperii Nobiles, essent Nobiles, sed Landsassii & subditi alicujus Principis &c. dicerentur: sunt enim & alii modi &c.* & porrò: *Omnis, Immediatè Imperatori & Imperio subjectus, capax est Superioritatis Territorialis: Exinde Nobiles Immediati præsumtionem generalem habent pro se; plurimi quippe reperiuntur, qui jura hac habent, & Regalia, imò, qui amplissima bona & Territorium amplissimum, ac in eo nonnullis etiam Comitibus & Baronibus æquiparari facilè possunt.* Hinc ita quis posset insurgere: Quicunque Imperatorem immediatè recognoscunt tanquam Supremum, insimulque Territorium ab illo dependens, cum juribus Territorialibus possident, ii gaudent Superioritate Territoriali. Atqui, Nobiles Imperii Immediati &c. E. Major ex relatis clara satis videtur. Minorem singuli sequentes ulterius comprobant. Knipschild. *l. 2. c. 5. num. 13.* qui ita: *Communis Doctorum est assertio, quòd Nobiles Immediati & Civitates Imperiales, quoad sua castra, civitates, ditiones, Territoria & Superioritatem Territorialem æquiparantur.* ubi etiam in unico hoc loco adiicit 17. egregias Authoritates, comprobantes Nobilium potentiam regulariter quoad cuncta Regalia, ceu jura ihrer Adelichen Superio-

ritäts

ritát. & c.5. n. 13. Reink. l. 1 cl.5. c. 2. num 55. Gail. 2. O 62. n. 3. Ming. num. 47. & seq. Besold. de Ord. Eq. num. 10. seqq. Bidemb. quæst. Nobil 1. num. 3. Et si et Baro (eadem autem, scribit ille, est in immediate Nobilibus) Comes vel Civitas non possit habere Lands-Fürstliche Gerechtigkeit/ tamen in suo genere eadem jus habet, qua Princeps in suo. quod enim in Principe Lands-Fürstlich/ in Comite est Gräfflich/in Civitate Stättlich/in Immediate Nobilibus. Adelich. Mager. de Adv. arm. c.6. num. 13. & seqq. In de Nic. Varenbuler in cons. ob einer von Adel/ der deß Orths Hohe Obrigkeit. ap. Lehenman. in act. publ. de Pac Relig. l.3. cap. 48. Et in Capit. Leopold. §. 27. hi ipsi Nobiles immediati vocantur Lands-Obrigkeiten oder Domini Territorii. quod porrò confirmat Dn. Nic. Myler. de Ppb. & Stat. I.R. G. p. 2. c. 36. num. 12 his verbis: Sanè hoc annotandum est; quod de Immediato Statu Imperii dixi, illud quoque in Nobilibus Imperii Immediatis, der Freyen-Reichs-Ritterschafft in Schwaben/ Francken und Rhein/ locum habet; illis enim non minus, quam aliis Principibus ac Comitibus Imperii jurisdictio Territorialis competit. Disp. sub Ampliss. Dn. Præsid. de O. Subdit. th. 19. Golnitz in Gymnasm. de jur. Vectig. c. 4. num. 32. Nolden de Stat. Nobil. c. 17. §. 5. num. 105. & seqq. Dn. Nic. Christ. Lyncker de gravam. extrajud. cap. 4. §. 3. n. 11. ubi & I. F von Lendersheim. de jur. & priv. Nob. Lib. & Immed. §. 9 lit. b. Et hanc sententiam dudum etiam calculo suo comprobavit Inclyta hæc Facultas Tubing. uti vidère est in Consil. Tubing. p. 2. Cons. 49. n. 117. & seqq. add. Sprenger. in Jurisprud. publ. rubr. de membr. Imp. immed. n. 2. p. 323 Burgoldens in Not. rer. illustr. I. R. G. p. 1. disc. 22. per tot. Maximè tamen hîc exceptos dicimus eos, qui alium, quàm Imperatorem, pro Superiore agnoscunt; tales enim ipsi Nobiles Liberi Immediati quoque sub sua jurisdictione comprehendere possunt. De quibus addimus sequentia, auß der Freyen Reichs-Ritterschafft und Adels von Käyser Ferdinand, in Anno 1561. confirmiter Ordnung ap. Besold. de Ord Eq d. l. Daß die Freyen Reichs-Ritterliche Adels-Persohnen/allein/ und ohn alles Mittel/ ihro Majestät unterworffen/ und verspruchig: auch sonst aller hoher und niderer Reichs-Stänn und Kreyßen obligen/ Bürden/ Lasts/ Beschwerden/ Aufflag/ Gebiet/ Satzung/ Ordnung/ Abschied/ Jurisdiction/ und Dienstbarkeit/ keine

keine außgenommen/ gänzlich *exempt* und befreyt. Nulli verò dubitamus, quòd hæc, quam & nos propugnamus, sententia, tum maximè obscura adhuc fuerit, cùm distinctio illa, inter esse In Territorio, & De Territorio, nondum ita clarè, ut pòst, detecta.

Inter Imperii verò Nobiles Immediatos Condominiis nostris maximè gaudent

XX.

GANERBII, à Nobilibus, non nisi pactis & conditionibus mutuæ Societatis differentes. Ganerbinatus autem cœpit, & in usu fuit, da das Faust-Recht im Schwang gangen/ cùm vis erat potior j re; à quasi Gang/ oder Geh-Erben/ vel à communione, gemeine Erben/ ὁμόκαπνοι. Parth. Litigios. *l. 2. c. 2. n. 13.* nam in unum quasi coiverunt, quò conjunctis viribus se, suaque, melius defenderent, simulque Condominio rerum suarum immobilium inito, secundum formulam apud Killingerum: were es/ daß vihl eine Behausung/ oder ander ligend Gut/ miteinander/ als Ganerben/ in gemeinschafft hetten. *de Ganerb. Castr. disc. 1. n. 43.* communem jurisdictionem in uno & eodem loco exercent, *n. 50.* qui dicuntur districtuum Condomini. Inque hanc classem tantùm assumuntur Nobiles: dann Burglehen heissen/ da vihl Edelleuthe oder Ganerben/ &c. Carpz. *Pr. Crim. p. 1. q. 35. n. 6.* & *de L. R. G. c. 3. s. 4. n. 13.* etiam immediati. Tales immediati Nobiles Condomini sunt Castri Fridbergensis, ex concessione Frid. II. Imperat., Rotenburgensis, Gelnhusani. Dn. Lüncker. *d. tr. cap. 5. sect. 1. §. 12. n. 13.* Suppl. pract. in obs. Wehneri, voc. Ganerben. Besold. *Thes. Pract. d. v.* Similiter in nostro Ducatu Wirtembergico multi Ganerbinatus, & olim, & hodiè, inveniuntur: utpote Bernegg bey Altensteig: in arce Bennigheim/ ubi antiquissima pacta ab Ann. 1398. *in dd. Suppl. Wehn.* Variam & ulteriorem mentionem talium hîc loci Ganerbinatuum facit Crusius *in loc. alleg.* ap. B. Dn. Avum m. *in orat. pro German. p. m. 105.* & imprimis quidem de arce Tubingæ vicinâ Æntringâ; ubi sub init. Sec. XV. Bernhard/ Marggraff zu Baden/ & alii 8 Nobiles talem societatem ordinarunt ut videre licuit ex ipsis pactorum, seu fundationis selbigen Burgfriedens literis, à Magno mihi Patrono ex haud vulgari benevolen- Ganerbii.

lentia communicatis; ibi: Wir ꝛc. verjenhen offenlich/ mit diesem Brief/ für uns/ unser Erben und Nachkomen/ als wir mitenander tail und gemain Hand an dem Schloße zu Entringen/ mit seiner zugehörung/ꝛc. Datum an dem nechsten Zinstag vor unsers Herren Fronlichamb Tag/ das ist an dem nechsten Zinstag vor Sant Johanns Tag ze Sünnewenden/ deß Jars do man zalt von Cristi Geburt Viertzehenhundert Jar. Und darnach in dem Dryzehenden Jare. quod confirm. omnibus ipsorum sigillis. plura loca Ganerbica ex Rittershusio recenset, Dan. Otto, *de l. P. c. 19. p. 677.* Hincque tales Ganerbii etiam regalium, tanquam jurium suorum Territoriorum, sunt participes: uti passim ap. Killingerum; & simultanea est jurisdictio, quæ omnibus exercenda, vel ut ad minimum lucra jurisdictionis æqualiter inter ipsos Ganerben dividantur, Liepold. *de concur. jurisd.* ap. Arum. *I. P. V. 1. disc. 13. q. 13.* Nonnunquam enim administratio uni cuidam, etiam natu maximo, pro certa parte fructuũ conceditur, qui dicitur Burggravius, Burggraff und Baumeister/ & cum aliis duodecim Assessoribus, Regiments Burgmännern/ de controversiis inter Condominos cognoscit. Stephani *d. cap. 7. m. 3. n. 28.* Suppl. ad Wehn. & Besold. *dd. ll.* & omninò Killing. *d. tr. c. 8. n. 108.* & si talis causa semel coram uno cœpta, hunc confestim sortitur effectum, ut ex reliquis Condominis nullus alius sententiam ferre queat. Killing. *d. l. n. 76.* In numerum autem dictorum Condominorum si quis desideret, necessaria erit, præter electionem & receptionem, à Burggraviis ritè factam, investitura & confirmatio Imperatoris; quâ mediante præter Superioritatis concessionem, immediatus Imperii statim, atque hoc ipso inter Condominos Territorii talis incipit esse. per *dd. ll.* & Klock. *de contrib. c. 14. f. 1. n. 37 & seqq.* Diximus supra, Ganerbios maximè gaudere Territoriis talibus; cui addendum, quod Gœdd. *in sæpè cit. Rf. de rest. Baron. Vallendar. n. 370 & seq.* videtur innuere: non omnia, sed certa Ganerbiorum castra, libero Territorii jure frui: observante hoc, & eum citante Klockio *d. tr. cap. 14. sect. 1. num. 36. & seqq.* cujus tamen sententiam haud approbat, dum asserit *num. 35. & praced.* nobiscum, etiam Nobilibus Immediatis Territoria cum jure Territoriali competere.

An omnia Ganerbiorũ castra Territoria talia sint?

XXI.

XXI.

Ecclesiastici an habeant Territoria?

Jamjam patet ex superioribus, Subjectum Condominii nostri non Seculares tantùm, sed & *Ecclesiasticos*, constituere. Brocardicon autem est hodiè apud Principes Seculares, Protestantium, ut vocant, religionis, per Pacificationem Relig. in uno & eodem subjecto, & Secularem & Ecclesiasticam convenire potestatem. vid. B. Carpz. *de L. R. G. cap. 3. sect. 9. per tot.* ***Sed, an vice versa, de Episcopis & Prælatis Catholicis, ut vocari solent, idem dicendum?*** quæstionis est. Et quidem, secundùm propriam locutionem, quâ personæ Ecclesiasticæ, nec Territorium, nec jura Territorii possidere, vel de unica, minimâ licet, laicorum causa cognoscere, queunt, per *c. 5. X. de for. comp. c. 5. X. qui fil. sint. leg. c 34. X. de elect. Clem. ne Romanis. 2. §. sanè de elect.* Stuck. *p. 1. cons. 15. n. 439.* Gerard. de Maynard. *Decis. Nov. Tholos. L. 2. dec. 1. n. 1.* Angel. Celsus, Cardinalis, *Decis. S. Rot. Rom. dec. 12. n. 17.* quapropter non jurisdictio & Territorium, sed Diœceses atque Audientiæ, Principum gratiâ ipsis tantùm concessæ. Brunnem. *ad rubr. Cod. de Ep. Aud. num. 3.* & refert Lehmann. ex Münstero, Goldasto, *in Chron. Spir. l. 1. c. 4.* quòd post tempora Ludovici Pii circa A.C. 814. Territoriorum & temporalium jurisdictionum Ecclesiastici, per varias molitiones, Dominos sese ordinaverint, sed sub Henr. IV. eò magis iterum decreverint. Plures tamen sunt Episcopi, qui ab Imperat. & R. Franciæ, Territoria atque Jurisdictiones acceperunt, vocanturque Duces, Comites; ità Carolus M. devicta Saxoniâ Episcopis, ut contumaces constringerent, gladium concessit, cum privilegio, personas Ecclesiasticas in omnibus causis judicandi, ut etiam de juribus Territorialibus & Superioritate investiantur, tanquam Principes Imperii; nam Episcopi ad Synodum, ut Principes ad Comitia Imperii, suum habent accessum. Vid. Maynard. *d. tr. l. 4. dec. 100. n. 1. 3. seqq.* Boer. *decis. 264. n. 4.* Reink. *l. 1. cl. 4. cap. 9. n. 10. & seqq. n 24.* B. Carpz. *d. tr. c. 3. sect. 11. n. 8.* jung. Limn. *T. 1. L. 1. c. 8.* Hos ergo Dominium, & sic Condominium, in uno & altero loco posse habere, ex se patet.

XXII.

Applicatio dictorum ad Condominia Territor.

Ad relata hactenus facilis nunc fieri poterit applicatio. Si enim duo pluresve per investituram, submissionem, heredi-

 tatem,

tatem, &c. pro indiviso, numero idem sibi tale acquirant Territorium, Condominium ejus tenent stabilitum, ut quilibet se Condominum hujus, scilicet pro indiviso, dicere queat. Killing. *d. tract. de Ganerb. disc. 6. num. 6.* unusquisque etiam ex iisdem, Regalium & Superioritatis jurium particeps, ipsemet ea exercere possit; sed sub illo jurisdictionalis communionis titulo, quo nempe proprio jure, simul & unà talem, circa numero idem Territorium, conjunctionem sibi comparârunt.

CAPUT VI.

OBJECTUM, TAM MATERIALE, QUAM FORMALE, CONSIDERANS.

I.

Condominii hujus Objectum. *Id est Territoriū. Hoc consideratur & Passivè ac Materialiter.* PErtractato Condominii Territorialis Subjecto, properamus ad ejus *Objectum*, quod est Territorium cum Superioritate Territoriali. Adeoque dupliciter considerandum: *Passivè*, ut Doctores communiter loquuntur, & *Activè*: seu, ut arbitramur, æquipollere: *Materialiter* ac *Formaliter*. *Illo* considerandi respectu, Territorium est Universitas agrorum, intra fines cujusque civitatis. Pomponius *in l. 239. §. 8. ff. de V. S.* quem sequuntur alii. Omnes autem in eo conveniunt, quòd Territorium sit quid universale, ex pluribus scil. agris, aut unà *Quid sit?* pagis, castris, oppidis, urbibus, aut omnibus his simul constans, adeoque districtum certum faciens; imò Territorium & districtus idem significat. fac. *l. fin. ff. de jurisd.* cum Zas. Goedd. *ad d. l. 239. §. 8. ff. de V. S. num. 1.* Territorium ergò & districtus est quid universale seu universalitatis comprehensivum, certis limitibus non semper subjectum, ut augmentum & diminutionem non recipiat. vid. Klock. *de Contrib. cap. 16. sect. 1 n. 80.* Eorum *Quotuplex?* alia sunt *Majora*, alia *Minora* & exilia. Mev. *p. 2. dec. 185. num. 1.* *Universale* aliud, aliud *particulare*. Omne nihilominus suo respectu quid universale. Reinking. *de R. S. & E. l. b. 1. cl. 5. cap. 3. num. 7* *Universale* potest continere particularia: in *Quid Universale?* quibus omnibus, ut multoties monitum, universale habens, fundatam habet intentionem, quòd ipsius sunt, donec probetur

tur contrarium: nempe exemtio particularis, quòd illud separatum constituat Territorium, sub universali non comprehensum. vid. Petr. de Anchar. *sup 6. decret de constit. cap. 2. num. 10.* Christ. Besold. *p. 5. cons. Tub 233. num 7.* qualia sunt hinc inde Civitatum Imperialium, sed & Nobilium Imperii Immediatorum, Territoria, intra Principum Imperii Territoriorum limites sita. Quali de territorio minore exemto loquuntur Doctores, quòd idem sit, esse extra Territorium alicujus, aut in eo quidem, sed exemtum. Klock. *d. tractat. cap. 20. num. 318* ubi plures allegat. Ziegler. *d. tract. §. Landsassii. n. 31. & 74.* Carpz. *lib. 2. tit. 2 Resp. 15. num 17. & Disp. 5. de Inhib. c. 4. posit. 32. n. 22.* Talia Territoria constituunt Ducatus, Comitatus, Civitates; & hujusmodi Civitas dicitur ein Samt-Statt/Gemein-Statt. Sic vocatur Lipp ein Samt-Statt/ ihrer Chur-Fürstlichen Durchleucht zu Brandenburg/ und der Herren Graven von der Lipp/ in memoriali quodam in Comitiis Ratisbonensibus exhibito, & 27 Januar. Ann. 1654. publicè dictato ubi etiam, daß kein Theil/ohne deß andern interessenten Vorwissen und Einwilligen/ eine Guarnison/ Zeughäuser und dergleichen haben soll. Speidel. *Spec. tit. S num. 20* Castra. Reinking. *d. l.* Sed & pagi: in cujusmodi pluribus hinc inde Serenissimo Wirtembergiæ Duci Condominium esse, & ni fallimur, etiam in vicino pago Altingen ad Herrenbergam, so in gemeinschafftlicher Besitzung/ und fället alle drey Jahr der Staab von einer auff die andere Herrschafft/ nobis relatum est. Particulare?

II.

Unumquodque verò Subjectum est inhærentis Territorialis Jurisdictionis ex eo tempore, quo Imperium ita scissum, & inter Inferiores jura Superioritatis divisa sunt. Klock. *d. tr. cap. 15 num 49.* ut ita jurisdictio materialiter & passivè cuivis Territorio semper in dubio inhærere dicatur, ad instar juris e. gr. libertatis, tanquam qualitas Territorii; quæ sub generali concessione neutiquam exclusa putatur, & præprimis, si (non tamen ex comuni aliquo loquendi usu. Besold. & Dietherr. *voc.* Zwing.) verba addantur: omnia & singula: vel, nullo planè excluso: vel, mit Zwang/ Bann und Gebiet/ cum juribus & pertinentiis. Roleuth. *de feud. c. 5. concl. 6. n. 3.* Borell. *cons. 70. num. 35. cons. 86. num.*

Quar. ergo Territorio inhæret Superioritas?

num. 10. Natta *cons.* 149. *num.* 19. Reink. *lib.* 1. *cl.* 5. *cap.* 5 *num.* 7. Gilhausen. *Arb. Jud. cap.* 1. *part.* 1. §. 2. *num.* 2. ut ob verba geminata etiam regalia subintelligi velit Pruckmann. *Vol.* 1. *cons.* 27. *num.* 23. Anonymi cujusdam Thes. Pract. *c.* 47. §. 4. *num.* 82 vel, si Rex generaliter fortalitium & Territorium concedat, idem de jurisdictione, licet nulla ejus mentio facta, dicendum, juxta Covarruv. *pract. quæst. c.* 1. *num.* 10. D. I. Castillo *Decis. R. Sicil. dec.* 12. *num.* 9. *& seqq.* Inde Dav. Mevius dicit, quòd Territorii propria jurisdictio censeatur. *part.* 2. *dec.* 313. *num.* 5. & ita Territorium, ubi de Superioritate Territoriali sermo, habet se tanquam passivum, quia ei Superioritas cum jurium suorum exercitio, non aliter, ac Dominium cum suis juribus, fundo inhæret. Knich. *c.* 1. *num.* 193. Gœdd. *d. l. n.* 475. quare nominatur districtus, ein Bezirck und Fluhr. Dietherr. *contin. Besold. p.* 730. *&* 744. ubi scil. generalis & omnimoda jurisdictio, quoad jura, res, personas & omnia, quæ intra fines hujus Territorii continentur sub potestate terrendi, submovendi, macht zu Bännigen. Unde regulariter fundata est Domini & sic Condominorum, intentio, contra omnia, quæ intra Territorii cujusdam limites sunt. vid. Lud. de Casanate, *cons.* 43. *num.* 51. Koppen. *decis.* 3. *num* 7. *& seq.* Menoch. *præsumt.* 100. Græværus *pract. concl. lib.* 2. *concl.* 62. *cons num.* 10. Brunnemann. *ad l.* 1. *ff. de off præf. urb. n.* 2. *ad l.* 28. *C. de Ep. & Cler. num* 6. *& ad l.* 26. *C. ubi caus. fisc. n. fin.*

III.

Et Activè ac Formaliter.

Activè & formaliter Territorium considerando, ex jure ipsi inhærente Superioritatis, ponimus, illud consistere, in terrendi, vetandi, jubendi ac permittendi facultate in ipso Territorio; quo in sensu Territorium sæpè pro ipsa Superioritate Territoriali accipitur. Capit. Leop. §. 27. Reink. *l.* 1. *cl.* 5. *cap.* 5. *n.* 8. versaturque formaliter, substantialiter & propriè, circa personas. P. Ant. de Petra *de Pot. Princ. c.* 18 *& c.* 32. *q.* 8. *n.* 26. Gœdd. Gilhaus. *ll. cit.* Regulariter enim, quoad omnes Jdictionis species, ac in omnes, qui sub ambitu ejusdem Territorii habitant, Superioritatis jure exercetur, ac præsumtivè in omnes fundata est Superioritatem hanc habendi intentio: nisi quis per privilegium, vel alia ratione, exemtionem docere possit; tunc enim secundum decantatissimam, apud Juris publici Scriptores, distinctionem, ut jam producere cœpimus, inter esse IN Territorio

rio, & esse DE Territorio, in eines Fürsten Land und Obrigkeit/und unter eines Fürsten Land und Obrigkeit sitzen/ is ipse vix aliter considerandus, quàm si extra Territorium; quia τὸ IN, solùm denotat situm, vel etiam proprium & separatum Territorium, in alterius Territorio, ut Provinciarum Domini nihil ipsis præcipiendi jus habeant. Carpz. *process. jur. t. 2. A. 2. num. 17. item t. 9. A. 5. num. 81.* Köppen. *decis. 4. num. 10.* Meichsner *tom. 2. l. 1. dec. 8. num. 43.* econtrà tamen nil à Celsitudine & splendore Superioritatis decedat, vel derogetur; nam, in effectu, à jurisdictione alicujus exemtum esse, idem est, ac extra Territorium versari. Et hac ratione fieri potest, ut duo commmune habeant Territorium, & intra horum Territorii limites alii duo quoque Territorium, ut hoc modo etiam illi Superioritatis Territorialis Condomini, qui majoris Territorii finibus inclusi, nihilominus tamen, cum omnibus juribus & regalibus instituti, eundem venerentur Supremum, Imperatorem nempe, qui potest conferre vel certam tantùm districtûs partem, cum omnibus juribus Territorialibus, vel totum districtum, reservatâ verò quadam ejus parte, quam aliis cum juribus, & sic Superioritate Territoriali per investituram, vel alio modo concedit: Hinc propriè loquendo dicitur, quicquid SUB Territorio der Lands-Obrigkeit continetur, etiam ejus sub st jurisdictioni; Aliud itaque est A Territorio, aliud SUB Territorio, & aliud IN Territorio, alicujus bona possidere: ut illud causam possessionis, istud subjectionem, hoc situm, ostendat. Zach. Vietor. *de caus. exemt. concl 28.* Bidemb. *quæst. 1. num. 5.* Nam si Imperator uno pluribus Superioritatem in aliquo Territorio concedat, eo ipso simul jurisdictio in individuo concessa in totum Territorium exercetur: quia vi sermonis, Territorio per prius concesso, ceu rei inanimatæ, naturaliter in- & ad- hærere dicitur glebis, veluti acidum & mucidum est in vino; ut hoc respectu ea non perperam quatuor Elementis adscribatur apud Ant. Capyc. *Dec. Nov. Neap. 27. num. 37* Knich. *c. 1. num. 27. & c. 5. n. 100* Gœdd. *d. tr. num. 383* Menoch. *Vol. 2. conf. 147. num 18.* Ferd. Ar. de Mesa, *Variar. Resolut. lib. 2. cap. 17. num. 10* Borell. *cons 70. num. 34* Brunnem. *cons. penult. num. 62. & 280* Bidemb. *d. quæst. 1. num. 5. 9.* Mev. *cons. 93. num. 31. 37.* Besold. *Thes. Pr. lit.*

De Phrasi: In & De Territorio esse.

Territorio concesso ab Imp. an Iurisdictio hac concessa intelligatur?

lit. L. num. 5. Jean. Bacquet. *Tom 3. chap. 3. nom 5.* idque usu & consuetudine communiter receptum probat Mascard. *Vol. 1. concl. 217. num. 1. 2.* Quamvis verò aliàs Concessiones strictissimi juris sint in materia jurisdictionis, ut tantum concessum existimetur, quantum expressum. Knichen *de jur. territ. c. 1. num. 266.* ac propterea consuetudines & verba hujus vel alterius loci distinguenda esse dicantur. Ita apud Italos castrorum Territoria (scil. per posteriùs & abusiva, uti loquitur Knich. *d. l. num. 240.*) jurisdictione destituuntur. Gail. *L. 2. O. 62. num. 2. 3.* indeque est, quod dicitur; unus potest habere jurisdictionem & alter proprietatem, adeoque ab iis invicem malè sequitur argumentatio; Wurmf. *O. 14. num. 10.* Ziegler. *d. tr. §. Civitas. concl. 1. num 21.* Koppen. *quæst 48. n. 1* Knich. *c. 3. n. 320. seqq.* Licet autem sub nomine der Dorffs-Gerechtigkeiten cuidam pagus concedatur, tantùm jura rusticorum activa, minùs verò jurisdictionem concessam, edocet Brunnemann. *cent. 4. dec. 31.* Hinc etiam est, quòd jurisdictio possit esse sine Territorio concessa; puta, Collegiis licitis, Academiis, per Auth. (valde insignem, &, Saliceti judicio, ut aureis pingatur literis, dignam. Sichard.) *Habita C. ne fil. pro patre.* Add. B. Dn. Avus m. *in tract de Academ.* Dn. J. W. Bechmann. *de privil. Stud. c. 10.* Procedunt tamen hæc vel de aliis Regnis, vel de Principibus Imperii inferioribus castra concedentibus, agnoscente hoc Knichen. *d. c. 1. n. 254 265. & seqq.* vel de simplici, non Territoriali, jurisdictione. Ast ubi ab Imperatore sub qualitate Feudi & nomine Superioritatis der Hohen Lands-Obrigkeit / Territorii fit concessio, nunquam jurisdictio & Territorium separata censentur. Speidel. Bidemb. Brunnem. Ziegl *dd. ll.* Herm. Vult. *de feud. c. 5. n. 5.* Menoch. *lib. 3. præsumt. 97. n. 13.* Carpz. *p. 1. dec. 98. n 11.* nec etiam, si donat, maximè cum universalitate quadam, designante honorem & districtum. Knich. *d. n. 254. & 258.*

IV.

An jurisdictio teritorialis Territoriis cohæreat cumulativè?

Circa hanc Territorii considerationem formalem & activam, qua jurisdictione Territoriali & Imperio armatum dicitur; quæstio jam commodè moveri potest illa decantata: *An Territoriis cohæreat cumulativè an privativè?* Ita verò dum formamus, eandem à generalitate vocis jurisdictionis, sub quâ

aliàs

aliâs communiter quæstio moveri solet: nempe: *An Jurisdictio privativè concessa alicui intelligatur?* recessum fecimus ad specialem hanc nostram Territorialem. (siquidem & Territorialis Superioritas sæpiùs à Juris publici etiam Scriptoribus jurisdictionis nomine indigitatur) Ubi monendum, quòd, quandò ita indefinitè positam quæstionem decidunt: quòd cumulativè concessa intelligatur: exaudiendi sint de jurisdictione, quatenus de illa in Libris Juris Rom. Justin., cui ignota est nostra Territorialis, tractatur; sc. de ea, quæ temporali administrationis titulo conceditur: sed, qui privativè, intelligi volunt de simplici jurisdictione; quæ per modum contractûs, adeoque & investiturâ, translata est, ut ipse concedens nihil ampliùs juris, scil. quoad exercitium, in eo habeat, uti tradit Mager. *de Adv Arm. cap. 9 n. 834. cum seq. & praced. n. 814.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concl. 5. n. 2.* Placet hîc jungere verba Besoldi, quæ hæc sunt: *Regulariter, concedens inferiori jurisdictionem, intelligit eam in dubio non privativè sed cumulativè concessisse, adeò, ut eadem potestas & jurisdictio superiori adversus homines sui vasalli etiam deinceps competat; nisi illa fuerit praventa per inferiorem, vel constet apertissimè de contraria mente concedentis, ut ita jurisdictio in consequentiam tantùm veniat, minùs autem proprio & perpetuo jure; quod diligenter notandum, ne quis turpiter cum communi Doctorum errore labatur: Sed Imperator e. g. infeudans vasallum de Territorio cum omnimoda jurisdictione, intelligitur eam abdicativè in accipientem contulisse, non autem accumulativè, respectu ipsius, tanquam Superioris; quam sententiam veram, receptiorem & in practica communiorem ex* Colero *de proc. exec. p. 2. c. 1. n. 134. & 136.* verissimamque, si hereditaria sit collatio, scribit *d.* Besold. *de Imp. & fam. orig. p. 159. & seq.* cum adstipulante Bidembachio, qui hanc veriorem, ac potiùs sequendam, comprobat; *licet tot juris texx., plurium Doctorum decisiones & infiniti prostent Authores, contrarium volentes. qq. Nobil. q. 8. num. 14. & per tot.* Qui ergò nostram jurisdictionem in sensu genuino & adæquato accipiunt, rectiùs respondere solent, quòd privativè competat Statibus & cæteris, ita, ut præter Supremitatis jus, & quod ex eo in certis casibus fluit, Imperator non concurrat in ejus exercitio cum Territoriorum Dominis vel Condominis. M. Berlich. *p. 1. concl. 2.* Sig. Fin-

ckelthus. *controv. illust. Feud. disp. 3. th. 14.* Carpz. *ad L. R. G. cap. 9. sect. 2. num. 9. & J. F. part. 1. const. 16. def. 29. n. 9.* quamvis præsens sit in inferioris Territorio, & in ejus districtum veniat: ne turbatio per ipsius concurrentem immixtionem oriatur. Reink. *l. 1. cl. 5. c. 7. num. 8. et seqq.* & licet non per modum Feudi jurisdictionem Condomini nostri possideant, tamen vigore Territorii, & ex temporis immemorialis usu ita privativè illam, ad imitationem Feudatariorum, hodiè usurpant; quod notius est, quàm ut ulteriori probatione indigeat, ita judicante Reink. *d. l. num. 35.* Hinc est, quòd proprio, perpetuo & transmissibili jure in subjecta, supra nominata, translata dicatur: quam ipsam proprietatem concursum excludere, nemo non videt: & omnia hæc confirmat Capitul. Imperat. Leopoldi §. 3. Und zum Dritten sollen und wollen wir in allwege die teutsche Nation / das Heil. Röm. Reich und die Chur-Fürsten / als dessen Vorderste Glieder / nach Inhalt der güldenen Bull / wie andere Fürsten / Prælaten / Graffen / Herren und Stände / samt der unmittelbahren Freyen Reichs-Ritterschafft bey ihren Hoheiten / rc. ohne unsern Eintrag und Verhinderung verbleiben lassen rc. darzu den Ständen samt erstgedachter Reichs-Ritterschafft / ihre Regalia und Obrigkeiten &c. ohne einige Waigerung bestättigen &c. &c. ut tamen τὸ abdicativè & privativè non adimat fidem, obedientiam & reverentiam. B. Joh. Harpprecht. *addit. 7. de R. D. T. 2. num. 193.* D. Mev. *p. 2. dec. 306. num. 10.* Gœdd. *d. tr. de Rest. Bar. Vall. num. 90.* Ziegler. *ad concl. aur. Calvoli. §. Nobiles. concl. 1. numer. 2. 7. 14.* Schurff. *Cent. 1. cons. 26. num. 23.*

V.

Iurisdictio hæc se exerit in actus exercitos.

Superioritas verò & Jdictio Territorialis, quamvis, quia jura sunt, in intellectu potiùs consistant, quàm ut separatim & per se existant; exercitium tamen eorundem sensibus exterioribus & visibilibus subjicitur. Knich. *de subl. Territ. jur. c. 2. n. 14.* Quapropter Territoriorum Condomini communionem Territorialem demonstrant adminiculantibus *actibus* eorum *exercitis*, in corporis sensus incurrentibus; quales sunt: Erbhuldigung / Musterung / Landstewr / concessio privilegiorum, directio eorum, quæ ad religionem pertinent, & similia. Besold. *Thes. Pract. lit. L. n. 5. & 14.* Arumæ. *de l. P. Vo. 1. disc. 13. q. 12.* add. B. Myler. *Metrolog. c. 3. §. 10.* Steph. *de Jdict. l. 1. c. 38. n. 17.* Peregr.

de

de jurisd. l.1.c.2 Sub nomine autem der Lands- und Fürstl. Obrigkeit / generaliter omnia Regalia & tota jurisdictio Territorialis continentur, ut Condominis inde jus quæsitum, omnia illa jura, invitis quidem Bucero & Speidelio, ipsius Superioritatis jure in ditionibus suis vindicandi: nec, uti videtur, ullum movet scrupulum instantia, quæ petitur à reservatis Cæsareis, de quibus vid. J. Herm. Stamler, *tr. de reserv. Imperat. R. G* imprimis §. 2. Communis enim ratio & notitia docet, reservata semper secernenda esse; quia universalis dictio ad omnia applicatur, nisi ad ea, ad quæ non potest applicari. Nic. Everhard. *V. 1. conf. 13. n. 9.* B. Myler. *de Ppb. & Stat. I. R. G. p. 2. c. 37. n. 3.* Mich. *de jurisd. th. 46.* Reink. *l. 1. cl. 5 cap. 3. n. 17.*

VI.

Diximus supra: Jus Territoriale consistere *in potestate terrendi, vetandi, jubendi & permittendi*: Scilicet, prout Dominis Territorii (qui proinde Dii, Psalm. 81. v. 6. vid. omninò Dn. Henr. Balth. Roth *in disp. de Potest. Dom. territ. & relat. Subd. oblig. c. 6. m. 3.*) visum fuerit, ad Territorii necessitates, utilitatesque potestatem hanc, Legibus Imperii & moribus conformiter, dirigere. Esse enim omninò in omni Territorio potestas talis debet, qua ea animentur, foveantur, defendantur, eorum commoda promoveantur, & ipsa ab interitu ac direptione vindicentur. Hæc potestas, quamdiu Imperatoris adhuc est Territorium, in neminem translatum, (uti olim omnes Imperii districtus ipsius fuerunt: & hodiè ejus foret Territorium, si feudum Imperii apertum fieret.) summa est, & independens, nemini tum, quoad ullum gradum, communicata; qui tunc in districtu tali non Territorii jure, sed regia, dico Imperatoriâ, potestate, ipse per Ministros, Officiales, eandem exercet: Ubi v. Territoria ab ea aliis, sæpiùs hucusque dicta ratione, concessa, omnis hæc ipsa potestas, hæc Superioritas Territorialis, ad eorundem Dominos vel Condominos, Supremitate tamen apud Imperatorem remanente, pertinet intra illius Territorii pomeria, nisi, ut infra dicetur, quædam jura in concessione excepta. Quæ ipsa Superioritas est totum ex pluribus & infinitis ferè juribus singularibus, fine & objecto invicem discretis constans; quæ qualia sint, in potioribus considerabimus, & pòst ipsam harun-

Jus Territoriale in quo consistat?

Quid si Territorium nondum translatum ab Imp.?

Superioritas Territorialis est totum potestarivum.

rundem manifestationem per actus elicitos. Antequam verò id facimus, adducimus huc meritò multùm lucis his affundentia verba, Luminis juris nostri Mevii, (quem & Carpzovium sic nuncupat B. Dn. Brunnemann. *ad l. 9. ff. de jur. delib. n. 9.) p. 1. dec. 102. n. 7.* quæ hæc: *Quemadmodum sub prisca Rom. Monarchia absoluta circa Regalia sic concludebatur, non competere ex his cuiquam, nisi Superioris voluntate impetratum; ita cùm in Germania Liberi Principes, integra libertate & potestate sua in Territoriis reservata, imperio in se alium modum voluerunt, alia valet conclusio, Statibus in suo Territorio nihil non ex iis licere, si non abdicatum, aut lege publicà ademptum, aut imperio submissum fuerit.*

VII.

Ejus vis maxima est in potestate Leges ferendi.

Fundamentum omnis imperii felicitatis cùm consistat in *Legum* Optimarum, tempori salubriter accommodatarum, sanctione, juxta Arist. *1. Rhet. 4.* ut ob illarum ad imperandum necessitatem inevitabilem haud immeritò, inter tria ista generalia ad Rempubl. gerendam vincula, (quæ sunt Leges, Militia & Religio.) referantur ap. Possard. *de Magist. Athen. c. 3. in f.* quia

Nihil est civitate præstantius, quàm leges
Rectè posita. Nam & inferioris homo sortis,
Et qui ditior est, aquale jus experiuntur.
Vincit autem minor majorem, si justam causam habeat.

Euripid. *in Supplicib.* Hinc ceu summum Regale, ad Territorialem Superioritatem præprimis pertinet hoc jus, leges seu statuta proprio, ipso Territorii jure, condendi. Knipsch. *d. tr. de jur. & priv. Civ. Imp. l. 2. c. 10. n. 18 & per tot.* Besold. *de regal. cap. 1. n. 1.* etiam regulariter contra jus commune, cum Corasio, Gailio, Kohlio, Reinkingio. B. Dn. Myler. *d. tr. c. 39 n 4.* Proprio, dico, hoc jure, ut Condomini pro conditione Territorii sanciant, interpretentur & abrogent sub virtute Territorialis potestatis, omnia, quæ ad instar legum veniunt, nec ob id Imperatoris consensus sit necessarius. cum Heigio, Colero, Betsio, Bocero, Reinkingio, idem Myler *d. l. n. 11.* Sed à tempore sanctionis, quamprimùm sc. in notitiam per qualemcunque publicationem pervenire potuerunt, Subditos vinculant & in foro Conscientiæ obstringunt, non requisita ad hoc observantia.

Car-

Carpzov. *p. 2. dec. 101.* Mev. *ad Jus Lubec. p. 1. q. 6. n. 1.* Gratian. *decis. 102. n. 2.* Laymann. *Th. Mor. l. 1. tr. 4. c. 14. n. 1.* Vasq. *controv. illustr. l. 1. c. 29.* Wibel. *de contr. mul. c. 2. n. 43.* Brunnem. *ad l. 1. C. de S. Trinit. n. 5.* Knipsch. *d. tr. l. 2. c. 10. n. 46.* Videtur quidem jus tale non ad Territorialem potestatem pertinere: cùm & Civitates Municipales, uti vocantur, statuta, quæ & ipsa Leges sunt, condant, sæpè etiam absque confirmatione sui Principis, licet Territoriali jure sint destitutæ: sed talis licentia nusquam aliter, nisi à Principe concessa, interpretanda, ut hinc civitates istæ in privilegiatas & non tales discernendæ, cum additamento, ne statuta sine dicta confirmatione condita, vergant in ipsius præjudicium. Dn. Struv. *S. I. C. Ex. 2. th. 42.* Hæc ipsa verò jura sunt *Specialia*, illorum Territoriorum scil., quæ communi totius Imperii Juri opponuntur & vocantur pro diversitate, Lands-Ordnungen/ Land-Recht. (quibus hic noster Wirtemberg. Ducatus inter alia, à benigno Numine ipsi concessa, dona, ob summam eorum æquitatem præprimis fulget.) Statt-Recht/ Ordinationes, Jura Provincialia, Statutaria, à nonnullis & Municipalia. vid. Myler. *d. l.* Sed in sensu latiore voce hâc acceptâ.

VIII.

*In causis tum Secularib*⁹*, tum Ecclesiasticis.*

Legibus benè fundata totâ Territorii Republ., potestas hæc Territorialis, juribus *tum in Secularibus tum in Ecclesiasticis*, (siquidem hæc duo illa brachia sunt, quibus totius Territorii salutem complectitur Superioritas.) armata & instructa ut sit, tam ad animarum æternam salutem, quam ad temporalem subditorum, opus est.

Exerit se intra, & suâ ratione etiam extra, Territorium.

IX.

Ac Quoad Tempus & Pacis & Belli. Personas, & Res.

Neque verò semper cum Subditis tantùm in Territorio, sed & cum *exteris & in alieno* Territorio, ut summo Principi, Imperatori aut Regi, quoad totum suum Imperium, Regnum, sic & Territorii Domino aut Condominis res est, plus vel minus pro Territoriorum amplitudine. *In* Territorio autem, cùm tempora incidant & *Pacis & Belli*, ut utrumque rectè gubernetur. *Pr. proœm. Inst.* jura, ad hos fines collimantia, Territoriali potestati adesse utique debent, vires suas & in *Personas*, & *Res* extendentia.

X.

quoad illas, Subditos scil.

Quantùm ad *Personas*, novimus hic in genere illud Aristotelis, 7. *Pol.* 14. quòd Territorium sive Respublica duobus conjungatur vinculis, utpote imperio ac subjectione, quorum unum sine altero existere nequit. Tholos. *de Rep. l. 4. c. 1. n. 8.* absurdum quippe foret, & contra rationem, in Politia seu Democratia recta omnes simul imperare, quia omnes sint æquales, & eâdem libertate, quæ fundamentum in hâc Reip. formâ, gaudeant: licet enim de personali libertate ultro citroque dictam regulam concedamus, non tamen idem de libertate Civili in Republica asserendum, cum Politicorum Schola arbitramur. Quare, ut sint, in quos imperium Territoriale exerceri queat, Subditi nempe, necessum est.

XI.

Nascantur licet Subditi, tamen, ut eò latiùs exercendi imperium potestas sit, gaudet hoc jus Territoriale dubio procul facultate *Recipiendi alios in numerum Civium & Subditorum*,

Recipiendo eos.

ut hi cum cæteris Dominum aut Condominos Superiores pro indiviso respiciant, eandem cuilibet obedientiam, fidelitatem & observantiam præstent; quapropter in eo majorem fidelitatis & obsequii certitudinem, *Homagium*, quasi hominis ligium, est introductum, quòd à parte recipientis certissimum facit subjectionis fundamentum, & infallibilis est tessera recognitæ Superioritatis: Hinc fit, ut statim in ingressu regiminis, bey Antritt der Regierung/ illud præstandum veniat. Reink. *l. 1. cl. 5. c. 4. num. 2. sqq.* Gail. *de Arrest. c. 7. num. 10.* Cravett. *cons. 517. num. 3.* Goedd. *de rest. Baron. Vall. n. 125. & 349.* sæpe etiam per compulsionem *ex l. 20. C. de agr. & cens.* non quidem, quòd certum sit fundamentum der Lands-Obrigkeit/ quod exemplis à Reinkingio mutuatis probat Knipschild. *l. 3. c. 6. num. 41.* nimirum Civitatis Hamburgens. Regi Daniæ homagium præstantis; item, Spiræ, Episcopo loci, Coloniæ, Archiepiscopo; Illa autem nihilominus liberam se Imperii Civitatem contendit; Has verò tales esse nemo negabit; cùm non omne homagium continuò subjectionem arguat, sed nonnunquam fidelitatem tantùm: vid. omninò Knipsch. *l. 1. c. 3. num. 41. cum seqq. & c.*

Homagium exigendo.

12. n.

12. num. 204. benè tamen ſequitur contrarium, quòd ſcilicet regulariter & ſemper tanquam Symbolum, vel etiam ſequela Superioritatis ſit, ut ſi Condomini jurisdictionem poſſideant Territorialem, eo ipſo ſubditos & cives ſubjectionis vinculo hoc obſtringendi poteſtatem habeant: quod ſemel præſtitum ſit hereditarium & poſteros, tanquam heredes, quoque ligat. Stephani *l. 2. p. 1. c. 7. num 210. & ſeq.* Knipſch. *L. 2. c. 9. per tot.* alles das jenige zuthun/ das dann getreue und gehorſame Unterthanen/ ihrem natürlichen Fürſten und Herrn/ zu thun ſchuldig und pflichtig ſeyn ſollen/ und hiemit ein auffrechte und redliche Erbhuldigung zu erſtatten/ uti legitur in Württemb. Lands-Ordn. *t. 3.* *Id ſequela Superioritatis.*

XII.

Ut tamen quis in Civem recipiatur, quædam ex more præcedere, quædam ſubſequi debent: ſicuti videre eſt ap. Knipſch. *d. l. 2. c. 29. num. 125.* Hinc ita diſpoſitum in W. L. O. *tit 2.* Es ſoll fürohin in unſerm Hertzogthum/ weder in Städten oder Dörffern/ niemand/ was Stands der ſey/ zu einem Mitbürger angenommen werden/ er bringe dann ſein Mannrecht/ gebe das Burgrecht/ und thue darauff uns die Erbhuldigung/ und was ſich in ſeinen Burgerrechten ꝛc. & porrò: und daß auch die jenige Manns- und Frauen-Perſohnen/ ſo in Städten oder Flecken Burgerrecht begehren/ keinen nachgehenden Leibs-Herrn haben/ ſondern deren ledig ſeyn ſollen: ſed & perpendi hinc inde jubetur numerus incolarum, damit die Handwercker nicht überſetzet/ auch wohl denen Lands-Kindern/ per promiſcuam extraneorum receptionem, das Gewerb und Verdienſt entzogen werde: Putat quidem Knipſch. *l. 1. c. 13. num. 7.* quò populoſius Territorium, eò felicius; & benè, in quantum Reipubl. intereſſe hæc perferre queat. Hinc non incongruè pro mediocritate decidit cum Schönbornero *3. Polit. 38.* Vernulæus *Inſt. Polit. l. 1. t. 1. q. 3.* hoc modo: *quia innumeram hominum multitudinem rebus omnibus neceſſariis inſtruere, legibusque coercere, arduum, & eam, quæ parvo civium numero definiatur, facilè, vel contagione aliquâ peſtifera, vel Martis furore, vel alia injuriâ cladeque exhauriri.* His etiam in noſtro Wirtembergiæ Ducatu proviſum, per Edictum Sereniſſimi quondam Ducis Johannis Friderici, *ſub dato d. 15. Novembr. Anno 1618.* *In Civium numerum ut quis recipiatur, quæ exiguntur?*

XIII.

XIII.

Judæos recipiendo vel non.

In arbitrio etiam, ut Domini Territorii, sic & Condominorum nostrorum, positum est, num velint *Iudæos recipere*, nec ne: quia inter jura Superioritatis quàm maximè hoc reducitur regale *habendorum Iudæorum*, das Judenrecht. & in Reformat. zu Augsp. Anno 1584. *tit.* von Juden und ihrem Wucher. ibi: Das hinführo niemand Juden auffzunehmen und zuhalten / gestattet werden solle / dann den jenigen / die von uns und dem Heil. Reich *Regalia* haben / oder insonderheit derhalben *privilegirt* seyn. Mart. Magerus à Schönberg / *d. tr. de adv. arm. c. 1. num. 298. & seq.* A. B. *tit. 9.* Dn. Myler. ab Ehrenbach. *de Prpb. & St. cap. 60. num. 1.* Joh. Kitzel. *de Reg. hab. Jud. quat. in Imp. Rom. inter Christian. toll.* per tot. *An verò Judæi in Republ. recipi debeant?* quæritur; & multis argumentis Negativam tenet Limnæus *de I. P. T. 1. l. 3. c. 2. n. 16. & mult. seqq.* quotidiana enim experientia, rerum magistra, testatur veritatem *l. f. C. de Jud.* quòd sint insidiatores fidei nostræ; quare putat Christinæus, eos tanquam hæreticos esse puniendos, *Vol. 2. dec. 42. n. 9.* Unde in illos, ubivis ferè locorum receptos, tot persecutiones ferro & igne susceptæ fuerunt, ex relatione Speidelii, Beloldi, voce Juden. & Edoardi Brerewodi. vid. tamen omninò Balth. Meisner. *de legib. lib. 4. sect. 1. quæst 20.* Voluntatis ergo est Judæos vel recipere vel pellere. Ita Serenissimi quondam Ducis Wirtemb. Christophori extat Responsum de non recipiendis Judæis ap. Gilhaus. *Arb. Jud. p. 1. c. 1. §. 1. n. 70.* Wann mir diese verfluchte Leuth wolten Gelt voll auff geben / wolte ich sie doch in meinem Fürstenthumb / weilen sie an meinem Bruder und Erlöser JESU CHRISTO trewloß worden / und offentliche Zauberer seyn / nicht leyden. Add. W. L. O. *tit 27.* ubi nec transire per Ducatum ipsis licitum est sine Geleits-Zettel; Subditis etiam Wirtemberg. bey straff Leibs und Guths / und verweisung deß Hertzogthumbs / bey denen Juden etwas zuentlehnen / mit ihnen zuhanthieren / oder sich in einen wucherl. Handel einzulassen / interdicitur. §. 22. vid. Belold. *Comm. ad a. Ord. n. 1.* Variosque huic privilegio & regali planè renunciasse, ostendit Nic. Myler. *d. cap. 60. n. 4.* Quamvis durum hoc dicat Speidelius, iis denegare, quod aliis omnibus jus humanum concedit; præsertim si VII. illas conditiones, *l. cit.* annotatas, vel IX. ap. Dn.

An in Republ. recipi debeant?

Myle-

Mylerum, *n.5. & seqq.* ſtrenuè obſervent. *add. l. 14. C. de jud. Nov.45.46* Unde B. Meiſner. in *loc. cit.* ita: *Cùm de Judæis instituitur de.ibera.io, duo imprimis extrema ſtudioſè debent evitari: Alterum eſt, temeraria expulſio: Alterum, licentioſa tolerantia.* Si autem jamjam recepti (non quidem, ut fiant & numerentur inter cives, dum ab his quoad omnia fermè ſejuncti & ſeparati, Knipſch. *l.2.c.19.n.112.& c.30.*) vix ejiciendos ſcribit citatus B.Dn.Mylerus *n.8.* quoniam ut illos recipere ab initio libertatis, ita retinere hic neceſſitatis; ac ſicut fidem Judæis dare & tutelam fas, ita eandem frangere nefas. *l. 5. C. de O & A l. 6. C. de pagan.* & quidem 1. ob ſpem, & ſecundum non paucos, promiſſionem converſionis (notanter hic adde judicium Reverendiſſimi Domini Cancellarii *ad Grot. de I. B. & P. l. 1. c.2. th. 8. obſ. 1.* ubi ita: *Melius iterum.* intellige generalem iſtam converſionem, *in ſuſpenſo reliquiſſet, prout multi Theologi faciunt circa hoc dubium, aut in Negativam propendiſſet cum B. Luthero.* jung. à Dn. Joh. Chriſt. Rumetſchio præterito anno editum *Schediaſm. Hiſt. Theol. de conject. ult. temp.* ubi de Converſ. Judæor. &c.) Et 2. uţ ſint teſtes veritatis hiſtoricæ; hinc fortè tot millia ſine Rege & Principe per totum Orbem diſperſa intuemur; ut juxta Edoardum Brerewodum tantùm Conſtantinopoli & Theſſalonicæ ſexcenties mille Judæi numerentur. Plures rationes v. apud B. Meiſnerum. *l. cit.* Beſold. *de jur. & ord. Civ. c. 4. §. 3* Eberh. Speckhan. *quæſt. & deciſ. jur. Cent. 2. cl. 1. q. 16. num. 1. & ſeqq. ubi num. 9.* illorum Synagogas tolerandas, niſi in Salvatorem exſecrentur, & maledicant Chriſtiano nomini. B. Brunnem. *ad l. 11 C. de Jud.* Superadd. N. Speckhanii tractat. ſpecial. *de Judæorum ordine.* & Joh. Theod. Sprenger, *Jurispr. publ. p. 218. § 15.* Felix tamen juxta tritum, fertur Respubl., ſine Abrahamo, Nehemanno & Nimrodo.

XIV.

Porrò cùm non minimum Subditorum, ſeu natorum ſeu receptorum, obſequii Jus ſit, in commune cum Domino Territorii de ejus ſalute conſulere, jus omninò ipſi eſt eosdem *Convocandi ad conventus provinciales*, ut inibi de publico cómodo & ſalute deliberent, *arg. l. 5. C. de SS Eccl. l. 8. C. de LL.* Unde *comparitio etiam* auff den Landtägen *probat ſubjectionem.* Meichsner, *tom. 2. deciſ. 2.* & Symbolum Superioritatis iſt die Folg zu Landtägen: Provinciales conventus convocando.

K ſeu

seu comparere ad comitia provincialia, in commune cum aliis provincialibus de jure suorum Condominiorum & Territorii consulere, subditorum sunt officia & munera. Tilemann. de Benign. *syntagm. 4. decis. Camer. 2. vot. 5. n. 28.* Gœdd. *d. tr. n. 125.* Dn. Fritsch. *de Conv. Provinc.* §. 4. Gail. *de Arrest. c. 7. n 14.* Mittere autem solent, ubi Territorium magnum, singulæ Civitates & Oppida selectos quosdam viros, einen Außschuß/ ad locum à Dominis suis destinatum & præfixum, ubi, si omnes in unum quasi corpus congregati, dicitur eine gemeine Landschafft/ per repræsentationem omnium totius Territorii Subditorum. de quibus latiùs apud Nic. Mylerum. *p. 2. c. 45. per tot.* Subnectere hic placet casum: Duo sunt Condomini, quorum uterque pro se & suis heredibus certam habet in Territorio communi sedem, omnibus tamen jurisdictionalibus in communione relictis, quæritur, *quorsum convocandi conventus vel comitia?* & videtur, vel ad locum, qui ratione possessionis vel detentionis adhuc dum in communione; vel alternatim, jam ad hujus, tunc ad alterius, Territorii sedem, ut tamen quilibet, si velit, præsens esse queat. Simili modo, ne per tales concertationes Reipubl. salus sistatur, alternativæ sessiones inter Principes ejusdem familiæ introductum. ap. Mylerum. *p. 1. c. 13 num. 19. & 20.*

XV.

Jurisdictionem exercendo. Uti verò cujusvis boni Principis est publico totius Territorii bono Consultationibus talibus prospicere: sic & cùm privatis jus dicendum sit, & dictum contra sive contumaces, sive facinorosos, exequendum, oportet omninò. ut Territorii Dominus, & ita Condomini, ex hoc ipso Territoriali Dominio habeant Jurisdictionem, & armati sint imperio seu potestate animadvertendi in facinorosos. Ad justitiam autem ritè administrandam, & tranquillitatem in Territoriis conservandam, præcipuum hoc JusSuperioritatis Territorialis censetur, quo hodiè Principes, Status Imperii & Nobiles Imperii Immediati, in suis Territoriis, *Jurisdictionem & Potestatem*, Die hohe und niedere Jurisdiction und Bottmäßigkeit/ de omnibus causis cognoscendi & jus reddendi habent & exercent proprio jure; quia tales jurisdictiones non, ut olim, temporariæ, sed patrimoniales sunt; uti de hisce omnibus latiùs videri merentur Myler. *d. tr. de Ppb. & Stat. l. R. G. p. 2. c. 48. numer. 8. & seqq.* Rosenthal. *de*

feud. cap. 5. concl. 4. Treisbach. *de ord. Eq. prac. q. 2. num. 129.* Reink. *de R. S. & E. l. 2. cl. 2. cap. 17. num 95.* Stephani *de jurisd. l. 1. c. 38. num. 3.* & idem de Mero Imperio per varias Authoritates comprobat Joh. Wurmser. *Exerc. 3 quæst. 8. & 11.* non, ac si hoc merū imperium necessarium Superioritatis esset adhærens, sed quia regulariter & plerumque ubi Superioritas, ibi merum imperium, seu Jdictio Criminalis est. Knipsch. *de jur. & privil. Civ. Imp. l. 1. c. 12. numer. 145. & seq.* ac competere solet Krafft. Lands-Fürstl. Hohen Obrigkeit / uti legitur *in Ord. Prov. VVirt. Nov. Const. p. 262. num. 1.*

XVI.

Cùm verò in *Causis Criminalibus* maximè cernatur, in Territorio aliàs Imperatori competens, potestas, ut nempe inquirendo, cognoscendo, puniendo, promeritasque pœnas infligendo terreantur alii ab iisdem & aliis facinoribus committendis. *l. 28. §. p. ff. de pœn.* & provincia conspurcanda, arg. *l. 13. pr. ff. de off. præs.* quare ad hoc terrendi jus pertinet quam maximè potestas, ut vocatur in *l. 6 §. 8. ff. de offic. præsid. l. 3. ff. de jurisd.* ad *animadvertendum* in homines facinorosos: quæ in Jure Rom. *Merum Imperium* dicitur. *d. l. 3.* publici judicii exercitium. *l. 1. pr. ff. de off. ejus, cui m. est jur.* Moribus, Jurisdictio Criminalis: Quamvis hoc quidam Scriptores, potiùs quidem καταχρηστικῶς, pro superiori & omnimodo, & sic jurisdictione multò latiùs, acceperint. B. Mev. *p. 6. dec. 252. num. 5.* *In Causis & Criminalibus, ita quidem Mero Imperio.*

XVII.

Hæc potestas ut felicius exerceatur, ejusque finis obtineatur, alias sub se comprehendit; Ex quibus est potestas *Judicia censoria*, die Vogteyen und Ruggericht / *instituendi*: ut quilibet bey seiner Pflicht und Eyd omnia indicet vitia aut crimina, so straffbar: sicuti dispositum in W. L. O. *Tit. 92. n. 2.* Zum andern / damit die Laster so viel baß und mit Ernst / dann bißher beschehen seyn möcht / fürgebracht / und / so viel möglich / derselben nichts verschwiegen oder ungestrafft verbleibe 2c. ut vel ab ipsis Censoribus und Rugrichtern puniantur, vel, si altioris indaginis, ad aliud tempus vel locum deferantur, secundum d. Ordinationem P. W. *tit. 95.* & confirmationem B. Carpzovii, *Proc. jur. tit. 1. art. 1. n. 67. & seqq.* Hinc *Ruggravii*, quòd sine operosa cau- *Sc. tum Censoria judicia instituendo.*

sa causæ cognitione, atque ex mera libertate arbitrii eoq; aspere in facinorosos animadverterent; ideo Comites aliquando Raugraffen dicti. Dn. Joh. Christ. Becmanus *de not. dign. illustr. diss. 9. c. 2. §. 9. in med.*

XVIII.

Facinorosos capiendo.

Cæterùm illa puniendi potestas in Condominis sese exerit vi omnimodæ jurisdictionis & Superioritatis Territorialis, *Facinorosos capiendo,* mit beysaßen der Maleficanten / Kreidem. *tract.* von deß Teutsch. Adels. rc. *quæst. 4. n. 195.* Knipsch. *L. 2. c. 6. num. 23.* cuncta tamen priùs rimanda, & legitima præcedant indicia, antequam ad capturam quis perveniat; suadente Richtero *p. 2. dec. 91. num. 1.* Carpzov. *Pr. Crim. p. 3. q. 111. numer. 15.* Jungimus hic quæstionem: *An liceat captum quendam, sine violatione Territorii, per alterius Magistratus Territorium, isto irrequisito, ducere, ita, ut non officiat delinquentis provocatio ad illum, per cujus Territorium ducitur?* & Aff. Bidemb. *qq. Nob. q. 6. per tot.* Reink. *l. 2. cl. 2. c. 17. num. 116. & seqq.*

XIX.

Carcere constringendo.

Carcere, Peinliche Gefängniß / *constringendo.* Besold. *Thes. Pract. lit. E. n. 27* Hinc carcerem privatum habens de usurpatâ tenetur jurisdictione, & ob id Majestatis reus. *l. un. C. de priv. carc.* Farinac. *Crimin. p. 5. q. 114 n 14.* Est autem de J. Civ. Carcer non ad puniendos, sed custodiendos, facinorosos inventus. *l. 8. & l. 9. ff. de pœn.* Speckhan. *cent. 1. q. 20.* Quamvis aliter de J. Canon. & Consuetudinario. Brunnem. *ad d. l. 8. in f.* Nec perpetuus, invitis licet Witebergensibus JCtis, dictari potest de Jure communi. *d. l. 8 §. 9. l. 35 ff. l. 6. C. de pœn.* adeò, ut talis sententia ipso jure sit nulla, juxta M. Berlich. *p. 3. dec. 272.* de consuetudine tamen contrarium per Carpzovium asserit Dn. Brunnem. *ad d. l. 35.* & exemplis illustrat Besold. *Th. Pr. lit. G. n. 14.*

XX.

Arresto Detinendo.

Arresto detinendo, verarestieren. Kreidem. *d. tr. numer. 202.* quo quis sistitur & firmatur in aliquo loco. Et quamvis de Jure Civ. arresta incognita. Knipsch. *d. c. 6. n. 114* attamen per totam Germaniam observari, testatur Besold. *h. v.* utpote, si de-

si debitor quis notoriè indigus, vel vagabundus, Gail. *p. 3. conf. 14. n. 1.* item, si e.g. subditus contra unum ex Condominis se immorigerum aut refractarium præstet. v. Gail. *de Arrest. Imp. c. 10.* Et quæ similes sunt, sub majori meri Imperii potestate latitantes, facultates, unà & simul ad id expediendum pertinentes. arg. *l. 2. ff. de jurisd.* Enarratas tamen tres etiam jurisdictioni in Civilibus communes esse in suis casibus, rectè hinc inde traditur. Comprehenditur autem sub ea puniendi potestas quælibet, communi jure recepta, non bona tantùm Auferendo, Mulctando, Confiscando, (de quibus in seqq.) sed, (quod in hanc seriem pertinet) ipsi personæ facinorosæ ægrè faciendo, quod fit

XXI.

Relegando, deß Lands verweisen/ i. e. in exilium è Territorio suo emittendo, ut intra fines Territorii horum Condominorum, arg. *l. f. ff. de jurisd.* tali relegato commorari non ampliùs liceat; & quidem pro ratione commissi delicti ad tempus, vel in perpetuum, uti Callistratus *in l. 28. §. 1. ff. de pœn.* Ex quâ nonnulli decidunt, quòd, quamdiu duret relegatio, tamdiu sequatur infamia. Magis tamen arridet, quod Speckhan. *Cent. 1. q. 15. n. 3.* si sc. causa subsit famosa, vel quæ respiciat & lædat existimationem. Excell. & Consultiss. Dn. Ferd. Christ. Harpprecht. *in Delib. Besold. l. 3. q. 7. per l. 22. ff. de his, qui not. inf. l. 1. & 14. C. ex quib. c. inf. irr.* Hæcq; relegatio de consuetudine & moribus sæpissimè ultra Territorium fieri solet: Wie dann in Superiori Germaniâ die formulæ über den Rhein und Donaw zu relegieren/ in Facultatibus Juridicis und Scabinatibus gar gebräuchlich. Illustr. Dn. Er. Mauritius *p. 1. Cons. 2. n. 40.* uti frequentia in Inclyta hâc Tub. Facultate in hanc pœnam sunt Responsa. & ad LL. obst. Respondetur in cit. Delib. Besold. *l. 1. q. 45.* oder da einer an die Vngarische Gräntzen wider den Erbfeind Christlichen Nahmens den Türcken zuziehen/ condemnirt wird. Aliàs enim & Rectores Academiarum hâc relegandi facultate essent destituti, cujus tamen contrarium ipsa experientia quotidiana testatur. Hæc relegationis pœna, si ob circumstantias; forte si delinquens maritatus, liberosque habeat alendos, spes item emendationis supersit, aut ob inhabilitatem, judicii vel virium corporis, se foràs sustentare non possit, non rarò tantùm mutatur in *Confinatio-*

Relegando.

nationem, Bannung in Zehenden; Daß er auß seines Orths Zwing und bännen, oder auß seinem Hauß, sich nicht begeben darff. Belold. *Thes Pract. lit. B. n. 11* Bocer. *de jurud. c. 5. n. 41.* Qualis confinatio etiam f stigatis in hoc Ducatu dictari potest. Novell. Const. Wirt. *1. §. 10.*

XXII.

In Bannum *declarando.*

Declarando in bannum, in den Bann thun/ in die acht erklären/ ächten. Quod bannum alias Speciale vocatur, B. Carpz. *Pr. Crim. q. 140. n. 30. & seq.* inque omnibus causis & actionibus, quarum finis ad arma & seditionem spectat, imponitur, viribus suis ad Territorium Domini proscribentis restrictum, ejusque jura: non verò ad jus commune eas extendit, nisi tales proscripti expressè hostes patriæ declarentur. Dn. Carpz *d. l. n. 33.* Gail. *de P. P. c. 1. n. 42.* Stuck. *cons. 15. n. 767.* Nam bannum Generale & Imperiale dicitur, die Reichs- und Oberacht/ ut quis, sive mediatus, sive immediatus, nullibi securus, sed ubivis terrarum pro bannito habeatur, ex Imperatoria nimirum authoritate. Heig. *p. 1. q. 9 n. 29.* Ord. Cam. *p. 2. tit. 18. §.* so auch. *& p. 3. tit. 46. §.* wo auch ꝛc. ap. Knipschild. *l. 2. c. 4 n. 77. & seqq.* Dn. Mev. *p. 1. dec. 104. n. 3.* Add. Arum. *de I. P. Vol. 2. disc. 7. concl. 23. n. 6.* C. J. A. *l. 48. t. 2 n. 13.* Capitul. Cæsar. Ferdinandi II. §. 39. III. §. 42. IV. §. 40. & Leopoldi §. 39. in fin. Talesque banniti nuncupantur Vogelfrey/ tanquam aves in aëre volantes, omni protectione exuti; quod collig. ex clausula sententiæ, apud Besold. *lit. V. n. 66.* Wir denuncieren und erklären &c. also/ daß er auß dem Fride in den Unfrieden gesetzt/ und sein Leib und Leben/ wie eines Vogels in der Lufft/ seye gemein jedermann: ad illum h. m. impunè internecioni dandum, adeò, ut licet ad asylum confugerit, inde divelli & extrahi queat. B. Joh. Harpprecht. *ad tit. de his, qui sui vel al. jur. I. n. 62. cum seqq.* quia hostis & oppugnator Principis, arg. *l. 5. §. 1. ff. de cap min.* quare omnes actiones & beneficia ipsis denegantur. Mev. *d. p. 1. dec. 187. n. 7* Ab hac specie differt bannum Papale, quod etiam decrescere facit Imperia, teste J. A. Bosio *Introd. in not. Rerump. c. 13. §. 2.*

XXIII.

Pœnis corporis afflictivis & Mortis afficiendo.

Cæteras item *pœnas vel corporis afflictivas, vel mortis planè, imponendo.* De quibus plura dicendi locus hic non est. Est autem

autem Dominis Territoriorum aut Condominis hæc poteſtas animadvertendi in facinoroſos, non tantùm ſubditos, ſed etiam peregrinos ſeu forenſes in Territorio vel delinquentes, vel, ſi alibi deliquerunt, in eodem deprehenſos. *l. 1. C. ubi de Crim.* ubi Dd. quia delinquendo quis ſe jurisdictioni cujuslibet Territorii Domini ſubjicit, ut ob id ejus ſubditus fiat. uti Doctores loqui amant.

XXIV.

Porrò cùm hæc munia jus dicendi & imperandi ob publica Statûs negotia ipſimet Territoriorum Domini obire nequeant, Jure hoc Territoriali *Magiſtratus & Officiales ad hoc conſtituendi* jus ipſis eſt. Quantum eſt enim, inquit JCtus Pomponius *in l. 2. §. 13. ff. de O. I* jus in civitate eſſe, niſi ſint, qui jura regere poſſint? Quamvis enim & ipſi Territoriorum Domini & Condomini non rarò Magiſtratus appellentur, à Theologis maximè, fit tamen id non in ſenſu juris publici Rom. Germ., ſed latiori: quo quilibet, etiam Sum̃us Princeps, à Deo conſtitutus, ad jus ſubditis adminiſtrandũ, indigitatur. Territoriorum Domini ipſi conſtituunt hos, & ſic ab iis, ut conſtituens à conſtituto, differunt. Dumq; per eos jura adminiſtrant, ipſi hoc facere creduntur. Ad eos ergo pertinet: die Erſetz- und Entſetzung der Gericht und Ambter/ der Ambtleut/ Vögt/ Pfleger/ Schöpffen. Conſtitutis ita conceſſionis formam, Legesque præſcriptas, tranſilire neutiquam permiſſum eſt. Quod ne fiat, magna omnino Territorii Domino cura adhibenda. De quo ipſo Territoriali jure pluribus tractat poſt plures citatos Dn. Myler. *d. tr. cap. 41.* Non tantùm ergo Magiſtratibus committunt Jdictionem in cauſis Civilibus, ſed & Criminalibus, aut potiùs exercitium ipſius. B. Dn. Parens m. *ad tit. de jurisd. §. 9.* Knipſch. *l. 1. c. 12. n. 190. & l. 2. c. 8. n. 10.* vid. Ord. Crim. art. 2. & ibi Mantzius, ubi *n. 50. ex Weſemb.* dicit, quòd hodiè merum imperium unâ cum jurisdictione detur. Quod ipſum fit non ea ratione, ac ſi mandatam ſibi jurisdictionem hanc aliis mandent terrarum Domini, ſed quia ſupremum in ſuis Territoriis jus habent, idque perpetuum & transmiſſibile, cum Imperatore in hoc comparandum. Chriſtoph. Blumbacher *in comm. ad O. Cr. d. art. 2. n. 3.* *Num verò pro*

Ad munia hæc ritè obeunda Magiſtratus conſtituendo.

certa

certa pecuniæ summâ, velut in publicâ auctione, talia officia elocanda? quicquid etiam regerat Barclajus *in Eu hom. & l on. Anim. l. 4.* vix affirmativam in conflictu nostram faciemus. vid. Boxhorn. *Cas. Polit. 42.*

XXV.

Judicia *Ordinando,*

Instantiæ & Primæ,

& *maximè* Secundæ, *seu* Appellationis.

Quò itaque cuncta inoffenso procedant pede, Territorii Domini simul *Iudicia Ordinandi* facultatem habent, determiminandi locum, in quo processus instituantur, qui tribunal vocatur, à Magistratibus haud mutandum. Judicia dico ordinandi, non *primæ* tantum *instantiæ*, in quâ assidua flagitatio, defensio seu contradictio fit à partibus apud Judicem, argum. §. *1. l. de pœn. tem. litig. Nov. 49. c. f.* §. *1.* & hoc jus primarum cognitionum Covarruv. *pr. quæst. t. 2. c. 4. num. 6 f 390.* est generale, & nemini in toto Territorio adimendum. Carpz. *Proc. Iur. tit. 3. art. 4. n. 71.* Sed, & maximè, *Secundæ*, seu *Appellationis*, quo, qui se fortè putant inferiorum Judicum injuriâ gravatos, ut contra eam defendantur, recurrunt ad superius, ipsis Territorii Dominis propinquius & sublimius, judicium, quod vocatur *Appellations instanz*. Carpz. *d. tr. t. 4. a. 1. n. 39.* quæ instantia nova quidem est, & alia, ut tamen acta primæ instantiæ probent inter easdem quoque personas in secunda instantia. Sichard. *in l. propemodum. n. 3. C. de jud. in l. 4. C. de pact.* Mascard. *Vol. 1. concl. 33.* ubi mult. ampl. & limit.

Quod Territorialis juris primarium signum.

Hæc verò facultas Appellationis judicium constituendi inter primarias Juris Territorialis referri solet, ut propterea ejusdem signum & χριτήριον urgens dicatur à Dd. Appellationis judicii constitutio. vid. plures cit. à Dn. Mylero *d tr. c. 42. n. 2. & seqq.* & per eandem Territoriorum Domini ac Condomini sese constituunt in quasi possessione Superioritatis. Knipsch. *l. 2. c. 5. n. 180 cum seq.* Besold. *de appellat. c. 2. §. 2.* Carpz. *d. tr. t. 2. art. 2. n. 26.*

Salvâ tamen ad Imperatorem appellandi licentiâ.

Per hæc tamen judicia non excluditur summa & extrema ad Caput Imperii provocatio, quæ quippe inter Cæsarea numeratur reservata, Knipsch. *c. 4 n. 81. & seqq. c. 33. n. 161.* R. I. zu Speyer. Anno 1570. §. 162. Nisi forsan Status Imperii privilegium de non appellando nactus sit. vid. Carpz. *de privil. de non appell.* Excell. Dn. Schweder. *Introduct. ad I. P. part. spec. sect. 1. c. 11 n. 1.*

In-

Inter provincialia ergo nostrum hoc est, quod vocari solet *Dicasterium, Iudicium Aulicum*, Hoffgericht/quo totius Territorii appellationes devolvuntur. Myler. *d. tr. p. 2. c. 42. num. 2.* Stephani. *d. tract. l. 2. p. 1. c. 7. num. 327.* Ab alterius autem Territorii Domino, sive ad superius, sive ad inferius tribunal vocati, citationem de plano remittunt, nisi honoris causâ privilegium deducere velint: Quòd si verò citati comparentes causam ibi peragere volunt, sub mandatis pœnalibus à Domino Territorii vel Condominis retrotrahuntur. Carpz. *ad L. R. G. cap. 9. sect. 4. n 8.* Gail. *L. 1. O. 40. n. 4.* Ziegl. *§. Landsassi. concl. 2. n. 9.* Hinc etiam sancit O. P. W. *t. 10.* Daß kein Underthan den andern für einig außländische Hoff- oder einig Landgericht laden solle. *Non ad alium.*

XXVI.

Criminalia autem Judicia exercentes Judices vi concessi sibi imperii, aut ejus potiùs exercitii, uti exercent potestatem facinorosos condemnandi, sic & *innocentes absolvendi.* Ulp. *l. 37. ff. de R. I.* Manum tamen extendere nequeunt ad *Ius Aggratiandi*, quia Magistratus legum saltem ministri sunt, quibus nec clementiores, nec severiores esse debent. *l. 8. §. f. C. ad L. Jul. de vi publ. Nov. 82. c. 10.* Gratiâ enim subditum aliquem in Territorio complecti, Domini ejusdem est. Quare cùm remittere promeritas pœnas, aut mitigare, non nisi per constitutionem, legem latam privantem, uno verbo, privilegium, fieri queat, ejus solius in Territorio jus hoc est, die Erlassung und Begnadigung der andictirten oder verdienten Poen. *arg. l. 1. C. de LL.* R. A. zu Speyer. de Anno 1526. §. 6. & 8. seu, qui in eo Leges condendi facultatem habet, Domini nempe vel Condominorum: Magistratuum neutiquam. Reink. *l. 1. cl. 5. c. 6 num. 27.* Limnæ. *t. 2. l. 4. c. 8. num. 268* Solet autem jus hoc bonus Princeps, Territorii Dominus, non facilè exercere, sed tum, ubi æquitatem aliquam suadere cernit; ut si commissum peccatum vel ex jussu Superioris, ob *l. 4. ff de R. I.* vel quis vi metuque compulsus. *l. 16. §. 1. ff. de lib. caus.* add. Sigism. Witten. *Cons. Crim. 1. numer 5. & 6.* Quòd si verò certa pœna à jure Divino morali statuta, abstinet. per eâ, quæ apud Dn. Christ. Phil. Richterum *Vol. 1. p. 5. cons. 11.*

Magistratus & absolvere *possunt. At Domini Territorii solius est jus* Aggratiandi.

Ubi exercere soleat?

num.6. Unde Bias, necessarium naturæ condolere, sed à justitiæ regula discedere, periculosum esse, respondebat.

XXVII.

Erga Subditorum *personas porrò exercet* Infames Famæ restituendo.

Pertinet huc pariter jus aliis *Privilegiis* subditos complectendi. Ut *Famæ eosdem restituendi*, dardurch alle infamia und macula nicht allein keinem mehr schadet/ sondern auch gänßlich dardurch weggethan wird. *per l. 1. §. 9. ff. de postul.* Refertur quidem hoc jus aliàs inter Reservata, sed ita, ut etiam Principibus & Statibus Imperii, determinatè quoad subditos suos, sit communicatum. R. A. de Anno 1526. §. und wiewohl. Dn. Er. Mauritius, *r. 2. cons 8. num. 6, 18 & seqq.* B. Dn. Nic. Myler. *p. 2. c. 53* Quamvis v. famæ quis ita restituatur, semper tamen infamia facti, quatenus in merâ hominum existimatione consistit, manet superstes, ut umbra & comes delicti commissi, eamque nec Imperator, nec S. Pontifex potest abolere; benè tamen impedire ejus effectus. Dn. Præses *in Disputat. de Lev. not. mac. th. 58. & 60.*

XXVIII.

Spurios &c. Legitimando.

Legitimandi Incestuosos, Spurios & Naturales. Phil. Knipschild. *d. tr. de jur. & priv. Civ. imp. l. 2. c. 4. num. 100.* ne subditi virtus innocens, alieni delicti odio, ex LL. rigore nimiùm prematur, vel maculâ notatis Territorium fœdetur. Sic interveniente supplicatione seu petitione vel patris vel liberorum subditorum Condomini decreto sive rescripto, talem, de quo legitimando agitur, legitimum esse jubent, ut in omnibus idem acquirat, ac si ab initio statim legitimus fuisset. *N. 89. c. 9. & 10 N. 74 c. 2. §. 1.* & licet à successione feudali per *§. naturales. 2. F. 26.* tales excludantur: triplicem tamen vide limitationem ap. B. Mylerum. *d. p. 2. c. 54. num. 9.* Talisque legitimatio tam valida, ut semel concessa, nulla ratione immutari ampliùs queat: eumque in finem, si nimirum ab uno vel altero pro legitimato haberi nolit, remedium habet per actionem *pro Legitimato. ex l. 3 l. 4. l. 5. C de nat. lib.* B. Joh. Brunnemann. *Cons. 68.* Dn. Quirin. Schacher. *in Colleg. Pract. ad tit. de Concub. in fin.* His addit B. Carpzov. *p 3. c. 14. d. 11. num. 12.* si tanta sit Spurii virtus, ut honesto vitæ cursu & meritis maculam illam eluat, & à

bonis

bonis ac honestis recipiatur, hanc solam notam ei haud posse nocere. sed vid. omninò M. Berlich. *p. 1. concl. 8. numer. 6. & seqq.*

XXIX.

Veniam ætatis concedendi, Dn. Myler. *Ætolog. cap. 1. num. 2. & 3.* ubi hoc jus, tanquam Ppbus aliisque Statibus vigore Superioritatis competens, dilucidè pertractat. Rosenthal. *de feud. c. 5. concl. 2. num. 3.* quò non aliter, ac majores, sine curatore agere, contrahere & conveniri possint, sed minus idoneè administrantes, in integrum restitutionis auxilium impetrare nequeunt. *l. 1. C. de his, qui ven. æt. imp.* Omnia igitur illa potest minor talis, quæ poterat priùs cum consensu Curatoris. vid. *l. 22. C. de adm. tut.* Barbos. & Brunnem. *ad l. 3. C. de his, qui ven. æt.* — Veniam ætatis *concedendo.*

XXX.

Asyla constituendi, Burgfried / Freyheit / interdum Gottes-Fried / auffzurichten / quo, ad imitationem Sacri Codicis, per hunc locum, in Territorio Condominorum inviolabilem & consecrationis lege datum, non ad exemplum Romuli, Dion. Halicarnisæ. *l. 2. Antiquit. Rom.* sed imprudentibus homicidis patrocinetur. Dn. Carpzov. *Pr. Crim. p. 3. q. 150. num. 41.* &, à carceris molestiá liberati, ex hisce locis privilegiatis causam suam commodiùs defendere queant. Paul. Laymann. è Societ. J. *Theol. Moral. tr. 9. c. 3. n. 1.* Vid. Magnif. Dn. Cancellar. hujus Universit. D. Osiand. *in disp. de Asylis Hebræor. Christian & Gentil.* Hocque jus Dn. Myler. *in tr. de Princ. & Stat. I. R. G. p. 2. c. 51. n. 1. & tr. de Asyl. c. 8.* annumerat Superioritatis juribus, ita, ut Domini ac Condomini in suo Territorio, & quantùm ad proprios subditos, talem immunitatem constituendi jus habeant; sed, quoad non subditos, esse reservatum Imperatoris. vid. Stamler *de reserv. §. 59 n. 1.* Sic Asyla Wirtembergiæ Dux Fridericus, novæ urbi Freudenstatt / & Fridericus IV. Elector Palatinus, novæ civitati Mannheim / concesserunt. Econtra Imperatoria Maj. in universo Imperio, ubiubi vult, in gratiam totius Imperii R. G. Asyla constituit. Cujusmodi privilegium Reutlinga cum toto suo Territorio accepit. v. Dn. Gastelius *d. tr. c. 32. n. 96 p. 1224. fac. 2.* Simile ferè de Monasterio Hirsaugiensi in Ducatu Wirtembergico memoriæ prodit Speidel. *Spec. lit. F. n. 77.* item à Carolo V. Anno 1541. Monasterium Salmansschweiler / ut in eodem & omni- — Asyla *constituendo.*

bus ejusdem pagis, villis & judiciis, bannitis tutò esse liceat. Dietherr. *in Contin. Thes. Besold. lit. F. n. 51.* De jure quidem Canonico templa & Cœmiteria hâc gaudent immunitate; cui tamen praxis Christiani orbis refragatur. Covarruv. *Var. Resolut. 2. cap. 20.* Grœnew. *de LL. abrog. ad t. de his, qui ad Eccles. confug.*

XXXI.

A Jurejurando relaxando.

Relaxandi à jurejurando, Absolution von gethanem Eyd/ ad effectum agendi, da die Lands-Obrigkeit/ oder Gemeinschafftl. Herren/ dem jenigen/ so ihnen geurphedet hat/ von der Urphed/ also liberiren/ daß er sich gegen selbige rechtens gebrauchen möge. Boc. *de Regal. c. 2. n. 135.* Julian. *l. f. ff. de re milit.* Papyrius *l. f. pr. ff. ad munic.* Quod jus, fundatum in potestate gubernandi generali, quotidiè à Dominis Territoriorum exercetur. Knipsch. *d. l. c. 3. n. 189. & seqq.* Vasqu. *de success. creat. l. 2. § 18. n. 105.* & quidem propter vim, dolum, metum, errorem, minas, &c. quibus elicita fuerunt talia juramenta. Myler. *d. p. c. 44. n. 13* Quomodo Cameræ competat Imperiali v. Ord. Cam. Imp. *p. 2. tit. 25.* Gail. *1 obs. 25.* Jungi hic meretur Dn. Myleri *Nomologia.*

XXXII.

Benè meritos Nobilitando.

Porrò ut virtus conspicua magis reddatur, *Nobilitandi*: scil., ne falx in alienam messem, reservatum puto Imperatoris, mittatur, quoad proprium Territorium. Inter Scriptores quidem controvertitur; *num hoc jus Dominis Territoriorũ competat?* accurrante Rumelino *ad A. B. p. 3. diss. 3. §. 4. lit. e. p. 757.* ubi, quòd maxima pars in negativam inclinet; nisi exinde decerpere velimus, quod h. m. Nobilitatem quis acquirat non absolutã in Territorio, sed domi tantùm, quæ nec ad descendentes transiens.

XXXIII.

Inducias & Rescripta Moratoria Concedendo.

Inducias & Rescripta Moratoria concedendi, Anstands-Brieff oder Quinquennal. *l. f C qui bon. ced. poss. l. 45. §. 10. ff de jur. fisc.* Gail. *l. 2. O 46 n. 4.* Joh. Theod. Sprenger. *Jpr. publ. p. 222. n. 18.* Ne miseri debitores creditorum rigore præter necessitatem opprimantur, per hæc iis, ære alieno gravatis & infortunio lapsis, subvenitur. Reform. guter Pollicey zu Augsp. Ann. 1548. tit. von verdorbenen Kauffleuten/ vers. und nachdem sie zu

Zei-

Zeiten/ & intra Territorii limites conceduntur, si petitioni causa infortunii vera, expressa, inseratur, quæ post debitum contractum contigit, juxta testimonium Magistratûs loci. arg. *c. 2. X. de rescr. R. I. de Ann. 1577. tit.* von den verdorbenen Kauffleuten. v. Ant. Fab. *in C. l. 1. t. 9. def. 20.* Limnæ. *4. c. 8. n. 334.*

XXXIV.

Tandem quoad personas etiam subditorum, hæc Territorialis potestas sese exerit facultate *Operas exigendi*, ut eò commodius ea, quæ ad gubernationem totius Territorii pertinent, expedire queant. die frohn und dienst/ gemessene und ungemessene; Ut sunt Venatoriæ, quas non vi juris venandi, sed Territorialis jurisdictionis imponi solere, tradit Myler. *d. tr. c. 73. n. 12.* Convehendi necessaria ad ædificia reædificanda. Quæ potestas tamen secundùm mores & cum moderatione exercenda. Kreidemann. *d. tr. n. 215.* Carpz. *l. F. p. 2. const 52. per tot.* Qua de materia prolixè agitur in Disput. Inaug. *de Operis Subditorum.* sub Prænobiliss. atque Excellentiss. Dn. Præside Anno 1671. habitâ, idcircò ad seqq. properamus. *Insuper & à Subditis Operas exigendo.*

XXXV.

Hactenus de potestate Territoriali, quatenus sese circa subditorum maximè personas exerit. Cùm verò harum & totius Territorii gubernatio nervo rerum gerendarum indigeat, qui ipse ex rebus, maximè in Territorio sitis, depromendus; Videamus nunc Territorialis juris facultates circa *Res*, hunc potissimùm finem respicientes. Harum in Territoriis existunt aliæ, quæ sunt *Nullius*, quoad proprietatem, aut quoad hanc quidem populi, aut eum repræsentantis Domini Territorii, usu tamen aliàs omnibus patent: aliæ, quæ sunt *Alicujus*. In *His*, quia Jus quæsitum nemini auferendum est, uti aliàs nec regia, sic nec Territorialis potestas, extra casus, ubi Supereminens Dominum exercendum, & ubi propter delicta par est, delinquentem privari, vel omnibus bonis, vel certa parte aut re, facultatem sibi sumsit. *Porro & Superioritas Territorialis se exerit circa* Res: *& quæ sunt* Alicujus.

XXXVI.

In *Illis*, & quidem jure naturali, quæ aliàs sunt *communes*, sive *Animatæ*, sive *Inanimatæ*, cùm privati & subditi nul- *& quæ sunt* Nullius *seu sint* Animatæ.

nullum jus, nisi eas acquirendi saltem, ex jure Naturali, Gentium & Civili jure firmato, habeant, quod quærendum jus faciliùs & æquiùs auferri potest, quàm quæsitum. vid. Barbos. *Loc. voc. jur. ax 17.* Territorialis potestas magis se exeruit, ita ut ad se traxerit *Ius Venandi.* Quod Territoriali jurisdictioni Germaniæ Moribus accensetur, ut de illo, Principibus Imperii &c. competente in Imperio R. G., eò minùs dubitandum. Insimul quia æquitatis rationes non paucæ dictitant, ut, qui Territorium habet, is quoque venandi jus & facultatem habeat, uti latè præ cæteris refert Knipsch. *d. tr. l. 2. c. 7. n. 4. & seqq.* Myler. *c. 73. n. 1. & seqq.* Non obstante Niellio *Disp. Feud. ult. th. 3.* Bocero *p. 2. disp. 11. §. 52.* Scilicet, quia jure N. G. & C. cuilibet venatio permissa. *§. 12. l. de R. D. l. 1. & l. 3. ff. de A. R. D. l. 13. § f. ff. de injur.* ibi glossa: nisi aliud de consuetudine introductum: utpote per quam, præter legum dispositionem, Principes &c. jus habent quæsitum: Et præterea movent quatuor rationes à Wesenbeccio allatæ: nim. 1. Cura servandarum specierum in animantibus. 2. ne ab agricultura & tota vita rusticâ homines avocentur. 3. quoniam venatio ferarum, præcipuè majorum, sine armis exerceri nequit: sed quotidianus armorum usus periculosus, ideoque interdictus. 4. ob tuitionem pacis & tranquillitatis: Ad hæc jus naturale cum Dn. Amad. Eckoldo div. in præcipiens seu positivum, ac permittens seu negativum: & hoc mutationibus est obnoxium. Ex quo est, quòd de consuetudine Germaniæ in investituris, quibus regalia conceduntur, etiam juris venandi mentio fiat, secundum clausulam: auch mit Wäldern / Wildbahnen / Jagten / referente Hahnio ex Regn. Sixtino *de Regal. lib. 2. cap. 18. num. 32. & seqq.* Add. Wes. *π. de A. R. D.* Dn. Carpzov. *l. F. p. 2. c. 32. def. 17.* Et ut speciatim loquamur, eò comprehenditur Jus Occupandi animalia, degentia, vel *in terra*; quod dicitur *Ius venandi in specie*, quod soli Territoriorum Domini sibi vindicant: nam quicquid auget ærarium, regulariter spectat ad jura Superioritatis & regalia; arg. *cap. 56. F. 2.* Atqui venatione illud augetur, dum facit non tantùm ad sanitatem, salutem publicam, sed & victum atque amictum: Hinc non dubitandum ampliùs, quin venatio sit regale, & jus Foresti ad Superioritatem pertineat. Lud. Gilhaus.

Ita Venatione.

Curt

haus. *Arb. lud. p. 1. c. 1. n. 87.* Arumæ. *l. 3. disc. 20. probl. 2.* Stephani *l. 2. p. 1. c. 7. n. 432.* quæ nonnunquam adeò lata, ut per totum Territorium, & sic cum aliis (das Mittjagen) ac per alia Territoria in illo ceu majori sita, intelligatur. Bidemb. *quæst. 16.* Vel *in aqua*, quod *Piscandi Ius* vocatur. Nam & hoc cum reditibus, inde provenientibus, Territoriorum Domini ac Condomini habent. Bocer. *de Reg. c. 1. n. 42.* nec venationi est absimile, sed cum eâ in multis pari passu ambulat, ac ejusdem censetur conditionis. *l. 9. §. 5. ff. de usufr.* Knipsch. *l. 2. c. 7. n. 30. & seqq.* Vel *in aere*, quod *Ius Aucupandi* nuncupatur. Nam & aves inter feras bestias connumerandæ; Quia feræ bestiæ audiunt, non tantùm, quæ naturâ feroces & immanes, sed etiam omnes, quæ liberè vagandi naturam habent. Reverendiss. & Magnif. Dn. Joh. Rebhan. *Hodeg. Jur. Chart. 3. elem. 1. paral. 28.* Piscatione. Aucupio.

XXXVII.

Subsequuntur *Inanimata*, quæ scil. ab alio, quàm animato quodam corpore, constant, & vel ipso Superioritatis jure Condominis pro indiviso acquiruntur. Cujusmodi sunt: *Insulæ* in flum. productæ: quæ, de Jure Consuetudinario, Dominis Territorii ceduntetiam in præjudicium subditorum; quia ad Regalia pertinent. B. Dn. Carpzov. *l. F. p. 2. c. 31. def. 13.* Dn. Struv. *S. I. F. cap. 6. aph. 7.* Andr. Schæffer. *quæst. jur. pract. p. 2. q. 17. inf.* Pariter sese exeruit in rebus, quæ quidem hactenus alicujus fuere, ad naturalem tamen statum, nullius nempe factæ, redierunt: quales sunt: *Loca Deserta.* quæ nec habitata penitus, nec in hominum potestate, *c. 1. §. illum locum desertum, de V. S. in 6.* sed pro derelicto habita. *Inculta*, i. e. vacua & vastata, à Dominis Territoriorum conceduntur subditis ad ea vel nunc primum, aut iterum colenda, die Egerten umzubrechen; hinc Novalia, Neubrüch / la terre defrichiere, sub solutione der Landacht-Früchten und Landacht-Wein. Noval-Zehenden. Joh. Conr. Kreidemann. *d. tr.* von d. Teutsch. Adel. *quæst. 4. num. 209. & seq.* Diether. *Contin. Thes. Pr. Bes. lit. E. num. 21 t. 1. C. de omn. agr. des.* Besold. *Th. Pr. Lit. N. num. 22.* ubi quidem, non in omnibus provinciis ad Territoriorum Dominos competere Jus decimarum ex novalibus, observavit.

Seu Inanimatæ, ad se trahendo Insulas. Loca Deserta. Inculta.

XXXVIII.

Bona Vacantia. *Bona Vacantia.* 2. *F. 56. L. 96. §. 1. ff. de Leg. 1. L. 1. §. 2. & l. 41. ff. de jur. fisc. l. p. C. de praef. sacr. cub. l. 1. C. de bon. vac.* apud Gallos, Le droit de descheançe. Quae nec re, nec facto, ab aliquo detinentur; zu welchen sich kein Herr und Erbe befindet. *l. f. & s. t. C. de bon. vac. l. 38. ff. de jur. fisc.* Richter. *de jur. & ord. success. ab int. Sect. V. num. 4. & seqq.* Bach. ad Tr. *V. 2. d. 16. th. 1. in f.* e. gr. bona cujusdam defuncti, qui intestatus nullum ex quolibet sanguinis vel juris titulo legitimum reliquit heredem vel bonorum possessorem. Bocer. *de Regal. c. 3. num. 27.* ut enim ad Territorii Dominos & Condominos quoad jurisdictionem, omnia in Territorio sita pertinent: Mev. *p. 3. dec. 101. num. 3.* ita & haec bona, scil. Vacantia, iisdem cedunt. Suo autem respectu huc quoque ducuntur *Argentariae*, quatenus iis omnes metallariae fodinae, cujuscunque generis & materiae, comprehenduntur. Argentarias. post P. Heig. *p. 1. q. 13. num. 37. q. 14. n. 17.* Speidel. *Spec. voc.* Bergwerck. & non tantùm decimae, sed omne jus circa easdem ad regalia hodie est pertinens: uti videre licet ap. Dn. Struv. *S. I. F. c. 6. aph. 26. n 3.* B. Dn. Carpz. *p. 2. c. 53. d. 1. n. 9.* Heig. *d. q. 13. n. 29.* & imprimis Dn. Myler. *c. 2. c. 69. n. 1.* Hinc communiter dicitur: alle Schatz/ under der Erden begraben/ tieffer dann der Pflug gehet/ gehören zu dem Obrigkeitl. Gewalt. Vid. Besold. *de Regal. c. 9. num. 5.* propter quam generalem locutionem ad *Thesaurum* quoq; extensio à nonnullis fieri solet, Speid. *Spec. lit. S. n. 44* Quod hodiernis moribus in Imperio Romano, Hispania, Gallia, Saxonia, non inconveniens. Dn. J. J. Schutz. *Comp. Jur. ad tit. de A. R. D. p. 439.* add. B. Dn. Parens. m. *de Thesaur. V. 1. Disp. 27.* d. Disp. de Condom. *th. 16. &* Am. Eckold. *de jure Princ. circa thes. c. 2.* Quomodo verò Argentariae privatis nonnunquam concedantur, vid. ap. Dn. Henr. Linck. *de metal. cap. 3. §. 8.* Ita enim Rex Hispanorum in Regno Peruviano omnibus metalla indagandi licentiam dedit, ut de auro jam cocto & purificato quintam exsolvant; aliter ac in Mexico; v. Excellentiss. Dn. B. Hopfer. Affinis atque Patronus m. Colendiss. in coll. Mscr. de Rebuspubl., in Hispan.

An & Thesaurus?

XXXIX.

Et quae sunt Populi. Uti verò in res Jure Nat. nullius & similes, eas ad Dominum aut Condominos Territoriales trahendo, Superioritas Ter-

Territ. facultate munita est, sic & *Vias* ac *Flumina*, quæ G. I. populi, aut Principis, eũ repræsentantis, sunt, & sic quoq; ad Dominos atq; Condominos Territoriales pertinent, vim suã porrigit facultate eas conservandi, muniendi & ab omni malo tuendi. 2. *F. 5.* Sixtin. *de Regal. l. 2. c. 2. n. 1.* hucque meritò spectant verba B. Joh. Harppprechti *ad §. 2. l. de vi bon. rapt. n 6. Tom. 4.* quæ ita sonant: *Principes & cæteri Territoriorum Domini ideo Regalia ab Imperatore habent, ut iis propter excellentiam dignitatis regaliter utantur, hoc est, regiâ manu vias publicas securas & purgatas latronibus, prædonibus, furibus, raptoribus, ac malis hominibus, suis sumptibus, teneant.* Ex quo est, quòd Condomini sibi vindicant Jus *Conducendi* in viis publicis, magnis sive regiis, zugelaiten auff gemeiner/ freyer/ Land- Heer- und Reichs- Strassen / per totum Territorium, durch ihr Land/Gebieth und Stätte/ jure Territoriali; quod ordinarium vocat Rumelin. *ad A. B. p. 1. d. 2. n. 8. lit. C.* idq; ideò, quia interdum alius, cujus non est Territorium, jus conducendi in eo habet, vel solitariè, vel cum ipso Domino commune: quod tunc vocatur gesamtes Gelait. Hoc verò ex causa singulari, atque sic quasi servitutis jurisdictionalis; alteri competit. Idem Rumelin. *loc. cit. lit. b.* Imò ex privilegio, transactione, &c. sæpiùs per alterius etiam Territorium; uti Serenissimus noster Dux Wirtembergiæ per Territorium Civitatis Eslingæ ex transactione de Anno 1557. Sed si committeretur quædam internecio in viâ publicâ tempore conductûs, in ipso actu deß Glaitens/ coercitionem ipsis tribuunt, qui jus viæ habent, die zuglaiten haben. Bidemb. *q. 12. n. 4.* Dn. Phil. Alb. Orttb. *de jur. conduc. c. 6. p. 193.* Mart. Rumelin. *d. l. lit. c.* Sin alio contingat tempore, ipsis Territoriorum Dominis. dd. AA. præventionem tamen concedit Barth. Cæpolla *de S. P. R. c. 3. n. 32. q. 18.*

Vias & Flumina.

In Viis vindicando sibi jus Conducendi.

XL.

Ne autem propter spoliationem quandam de damno resarciendo contra Condominos agi possit, Jul. Ferret. *de Gabell. s. vectig. n. 20.* (qualia exempla prodit Joh. Baptist. Tavernier. *Itinerar. part. 1. lib. 5. cap 13 & passim*) Territorium purgant à malis hominibus jure *indagandi & persequendi*, zustreiffen. Besold. *th. Pract. lit. S. n. 117.* (quamvis hoc tanquam peculiare, & jus dividuum à jure viarũ, credat Dn. Orttb. *d. l p. 189.*) Unde abiit in

Spoliatores viatorum Indagandi, persequendi.

M pro-

proverbium: Einen guten Fürsten erkennet mann bey reiner Straßsen / guter Müntz und haltung beschehener Zusag. J. Kitzel. *de jur. Monet. cl. 1. th. 1. p. 9.* Et à transeuntibus pedagia, Weggelt / exiguntur, etiam pro solo transitu, si nempe reparationes adeò difficiles; tuncque ob tantam Reip. utilitatem & necessitatem etiam Ecclesiasticæ personæ ad subsidia conferenda tenentur. *l. 7. C de SS. Eccl. l. f. C. à quib. mun. nem. lic.* Schurff. *p. 1. consf. 42. n. 40.* add. I. G. Becht. *de Secur. & Salv. cond. n. 68.*

XLI.

In Fluminibus Usum Concedendo. Ejusdem conditionis quoque sunt *Flumina publica*, itidem inter Regalia relata. *2. F. 56.* Per quæ, uti per vias publicas, transitus & navigationes omnibus sunt *concedendæ*. Forst. *de jurid. Rom. p. 2. ad l. 4. fin. reg. n. 48.* Si tamen justa aliqua prohibitionis causa subsit, vel nunquam ibi liberè navigari solitum fuerit, tunc Domini ac Condomini talem usum liberè poterunt *Denegando. Restringendo.* *denegare*, vel ad minimum *restringere*; Dn. Ahasv. Fritsch. h. *Jur. Fluviat. c. 2. q. 9.* Unde & ad quæstionem illam: Ob ein Stand deß Reichs in freyen Wassern das flötzen durch Statut und Gebott verhindern könne? cum Consil. Argent., Besoldo, Cothmanno, Seckendorffio, Mylero, Struvio affirmativè respondet Dn. Fritsch. in peculiari tractatu *de jure Grutiæ vel ratium. c. 3. n. 4.* *Huc pertinet jus Grutiæ,* Hoc enim vocatur *Ius grutiæ*, Flötz-Recht / Flöß-Regal / Jus ratium, Belgis Vlot / Vlotbalcken / quasi fluentes trabes; tanquam species navigationis, quâ in flumine publico cujuscunque generis ligna, usus vel commercii gratia, Superioritatis jure, transvehere licet. Dietherr. *voc.* Flötzen. Nam flumina Krafft der Lands-Fürstl. und Lands-Hohen Obrigkeit conceduntur cum omnibus juribus & reditibus fluviaticis; cujusmodi etiam est dictum jus Grutiæ, ad utrumque Condominorum pro indiviso & communi nomine pertinens, ceu species jurisdictionis litoralis. Dn. Fritsch. *d. c. 3. n. 3.* Myler. *de Princ. & St. R. G. p. 2. c. 66. n. 8.* Bidemb. *q. 13. n. 1, 1. & c. un. quæ sint reg.* Hinc, inter fluminum nonnullas distinctiones, adjicit Speidel. *Spec. lit. L. n. 45.* daß etliche zwar nicht schiffreich / man kan aber Holtz darauff flötzen. Ita in hoc Ducatu propè Uracum wird das Holtz auß dem sehr hoch gelegenen Wald / sine multo labore, durch die

alſo genante Rutſch/ quæ non vulgaris inventio, herunter in den Holzgarten geworffen/ quæ ligna ſtruuntur & tempore Autumnali projiciuntur in fluvium proximum, das Frauenſeelein/ dardurch ſolches Holtz in die Ermbs/ und dann in den Necker/ getrieben/ propè Canſtatt aber und Eßlingen durch einen Hacken wieder auffgefangen wird. Hocque propriè dicitur *Ratium & Lignorum traductio*, *Ius Ratium*, welches ein ſolch Recht/ daß es niemand/ als der Landsherr/ und dem Er es vergünſtigen will/ exerciren kan. Dn. Seckendorff. *p 3.* Fürſten-Staat. (quem librum incomparabilem & verè aureum dicit P. A. Burgold. *in Not. rer. ill. I. R. G. p. 1. d. 20. num. 18.) tit.* von den Forſt-Bann- und Wald-nutzungen/ *num. 4.* quem refert Dn. Dietherr. *in App. Thes. Besold. lit. F. num. 12.* qui dicta ampl. Quòd Domini Territoriorum inviti, vicinum, & conſuetum ſolvendi vectigal paratum, poſſint impedire, ne ligna per flumen Territorii illorum transvehat: & limitat conceſſionem aliis factam, ne ſcil. vergat in ſubditorum præjudicium. Nota hîc ſubinde, quandò JCtus Ulpian. *in l. un. pr. ff. ut in flum. publ. nav. lic.* ratem agere dicit, id Dn. Fritſchio eſt, tigna inter ſe colligata, Zimmerflöſſe/ per aquam agere. *d. l. c. 2. num. 4.*

XLII.

Hæc Territorialis poteſtas circa flumina non tantùm in facultate modo dictâ conſiſtit, ſed etiam in jure acquirendi cætera incrementa; cujusmodi ſunt: *Alluvio*, quæ fit Territorio; quatenus flumen ipſum pro Dominis aut Condominis ſine ullo iſtorum facto laborat. *l. 30. §. f. ff. de A. R. D* & his accedit, quod alii decedit, non absque almâ providentiâ. arg. *l. 2. C. de Alluv.* ut ideò vicinus damnum æquo animo perpeti, & Domini aut Condomini optimo jure in foro quoque interno hoc incrementum, fortunæ beneficio adjectum, pro indiviſo poſſint retinere. arg. *c. quo jure. diſt. 8. l. 1. §. 6. ff. de aq pluv.* & jurisdictionem eo ipſo fundatam exercere. B. Brunnem. *ad l. 7. ff. de A R. D. num. 2.* Cur autem JCt. Cajus *in d. l 7. §. 1.* de fluminibus tantùm loquatur, Reſpondet JCt. Calliſtratus *in l. 12. d. t.* v. Petr. de Greve *de Domin. diſp 1. num. 11.* Alluvionis.

XLIII.

Insulæ. *Insula*, quæ quidem ex dispositione Jur. Civ. ob *l. 7. §. 3. l. 65. §. 2. ff. de A. R. D. & §. 22. J. eod.* vicina prædia habentibus acquiruntur; verùm Consuetudinario jure, Camerali Decisione etiam firmato, Territorii Dominis & sic Condominis, post Forsterum, Gilmann., Sixtin., Gryphiand., Noe Meurer., Myler *d. tr p. 2. c. 66. num. 9.*

XLIV.

Molendina extruendi. Huc porrò referimus *Ius Extruendi molendina aquatilia*, Wasser-Schiff-Mühlen. Quæ facultas iterum Condominis Superioritatis vigore competit. arg. *l. 18. l. 23. ff. de aq. pluv. arc. l. 1. pr. §. deinde. 11. ff. ne quid in flum. l. 2. ff. de fluminib.* ubi prohibetur in flumine navigabili sine licentiâ quicquam ædificari. Hinc concludit Gœddeus ex Menochio: Ergò permissio extruendi, aliis facta, in Dominis, & sic Condominis, arguit quasi possessionem Superioritatis. *de rest. Bar. Vallend n. 318.* Forst. *d. l. n. 52.* Kreidemann. *d. l. n. 228.* Domini tamen subditos non jure cogunt aliud linquere, & ad suum ire molendinũ; quia ire ad molendinum est actus meræ facultatis. Menoch. *V. 3. Conf 298. n. 16.* & confirmat præjudicium Cameræ Imperial. in causa Papenheim contra Eisgau. Rul. *dec. 26.* Sed limitatur prædicta regula in Molendinis bannariis, Zwangmühlen. Joh. Hering. *de Molend. q. 17.* item, si prohibitioni Condominorum accedat paritio subditorum per 30. ann. per Brunnem. *ad l. 1. de servit.* præscriptioni locum facit Carpzov. *R. 36. & 43. num 8.* Dn. Joh. Victor. *Decis. 2. concl. 30. num. 5.* Covarruv. *tom. 1. p. 2. §. 4. num. 6. p. 456.* vel denique pactum seu transactio quædam interveniat. Jul. Clarus *§. Feudum. q 3.* Et Dominorum, aut Condominorum, quia gaudent privilegiis Superioritatis, est *inspectio molarum,*

Visitandi, *visitatio*, &c. Besold. *lit. M. num. 76.*

XLV.

Circa res Privatorum *exercit* *so, eas* Hactenus de potestate Condominorum Territoriali, circa res, quæ privatorum non sunt, humani tamen juris. Videamus jam de potestate hâc circa *res, quæ sunt privatorum.* Hoc verò jus Territoriale consistit in potestate certis in casibus eas

Auferendo. 1. Publici lucri causâ *Auferendi.* Ex sola plenitudine quidem

pote-

potestatis nihil tertio de jure auferri vel deteriorari potest. Coler. *de proc. execut p. 2. c. 2. num. 138.* Brunnem. *Cons. 3. num. 213. & seqq. Cons. 26. num. 40.* Sed ob concurrentiam utilitatis & necessitatis publicæ. Quare pro pace Territorii, vel aliâ justâ causâ, castrum unius subditi conceditur alteri benemerito, Ant. Capic. *decis. 69. num. 2.* Joh. Brunnem. *Cons. 1. num. 9. ac multis sqq.* & vi Supereminentis Dominii etiam privatorum bona licitè auferri possunt. Ludowis. *Decis. Rot. Rom. dec. 548. num. 10.* Pro fundamento tamen semper sit publica necessitas, utilitas, & illi, cui facta est ablatio, fieri debet compensatio. vid. Ant. Gabriel. *Comm. Concl. L. 3. de jur. quas. non toll. concl. 1. & seqq. p. 303. & sqq.* *ex causa necessitatis & utilitatis publicæ.*

XLVI.

2. In pœnam certorum delictorum *Confiscandi.* Hoc quidem jus Majestaticum Imperator quondam de Jure Romano in omnium, ad mortem naturalem & civilem condemnatorum bona exercuit, ac in sententia tacitè comprehensa semper fuit confiscatio. *l. 14 §. 1. ff. de int. & rel.* quomodo & in eorum, qui ob talia delicta se pœnæ per αὐτοχειρίαν subduxêre. Marcian. *l. 3. §. 1. ff. de bon. eor. qui ant. sent.* Verùm ab eo postea Justin. Imp. jam expressè recessit in Auth. *Bona damnatorum. C. de bon. proscr.* ex *Nov. 134. c. fin.* Præprimis verò recessum in Imperio Roman. Germ., ubi in solo crimine Majestatis confiscationem locum habere, *ad O. Crim. art. 135.* & maximè *218* notant non pauci Doctores. uti Rem. *in paraphr. §. 6.* Zieritz *in observ. M. Steph. in not.* & pluribus defendit Carpzov. *in Pr. Cr. quæst. 135. num. 24. & seqq.* Quanquam alii universalem consuetudinem haud concedunt. vid. P. Heig. *p. 2. quæst. 33 num. 52. seqq.* Dn. Myler. *d. tr. c. 68. num. 7. cum seqq.* Add. Rumelin. *ad A. B. p. 3. diss. 3. thes. 31. & seqq.* In crimine Majestatis omnes conveniunt; adeoque ob causam αὐτοχειρίας hodiè pari inceditur passu, quantùm ad confiscationem. ex Farinac. Carpzov. Decian. Finckelthus. Brunnem. *ad d. l. 3. in f. ff. de bon. eor. qui ant. sent.* Confiscando. *Hodiè in quo Crimine?*

XLVII.

Cùm itaque Territoriorum Domini, seu Condomini, regalia & fiscalia jura habeant, pertinebit ad eos dubio procul & hoc, ipsorum regalium vigore. Klock. *de Ærar. l. 2. c. 136. n. 13.* P. A. de Petra. *de pot. Princ. c. 6. numer. 100. & c. 22. n. 46.* Quare si

re si subditus alicujus Principis &c. contra Imperatorem id commiserit, bona ad Principem &c. pertinebunt, per latè deducta à Reinking. *d. tr. de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. Cl. 5. cap. 7. num. 27. ac seqq. Caeterùm crimine tali, in quo confiscatio locum habet, commisso ab eo, qui in diversis Territoriis bona habet, quid juris sit, ad quem Territorii Dominum ea tunc spectent?* tradit ex Ant. Fabr. Gratian. Besold. Grivel. Dn. Myler *d. c. 68. n. 11. Num autem ex jurisdictione Territoriali confiscatio in certis criminibus de novo introduci queat?* per *Nov. 17. cap. 12.* Neg. Sed & ob delictum, quo quis, defuncto successurus aliàs, ejus hereditate se indignum per leges facit. vid. *t. t. ff. de his, quæ ut ind. auf.* Ulp. *l. 5. §. 2. de Sct. Silan.* Rumelin. *d. l. 8. 30.*

Quæst.

XLVIII.

Mulctas exigendo.

Reducimus & huc, jus, ob delicta *pecuniarias pœnas lege constituendi, easdem & Mulctas exigendi.* Geltfrevel und Geltbuß. vid. Ulp. *in l 131. §. 1. ff. de V. S.* Brunnem. *ad l. 1. C. de mod. mulct.* Carpz. *Pr. Cr. p. 1. q. 34 n. 16.* Quæ mulcta ex totius fermè Germaniæ consuetudine de fructibus Jdictionis esse perhibetur, scil., ut pœna pecuniaria seu mulcta, ei, cujus jurisdictio est superior, dem Oberrichter / Th. Michael. *concl. 56.* Carpz. *p. 3. q. 109. n. 1.* vel fisco Condominorum approprietur: quia ad Regalia pertinet. Ab eâ enim jurisdictione fluit jus mulctandi, à quâ jus collectandi. Brunnem. *ad l. 5. C. d. t. per c. un. quæ sint reg.* Everh. Jun. *V. 1. cons. 3. n. 21.*

XLIX.

Bonis à Territorio exeuntibus Detrahendo.

Bonis, quæ extra Territorium in alienum transferuntur, partem aliquam *Detrahendi.* Abzugs-Recht / ut vocant. Qui detractus fit de bonis, quæ à defunctis relinquūtur forensibus, per quod publicum facultatibus exportando denudatur. Item Nachsteuer / quæ exigitur de bonis subditorum emigrantium, ob illam pariter rationem, & in protectionis, quâ fruiti hactenus, præmium aliquod. H. Pistor. *O. 43. n. 21.* Quâ de facultate scribit Berlich. *p. 3. concl. 51. n. 12* quòd extra dubium sit, quin quilibet Dominus Territorii in suo introducere possit. Fundamentum ejus rimatur Joh. Frid. Horn. *Polit. de civit. lib. 11. cap. 4. th. 16.* Quod si tamen vi & necessitate aliunde, quàm ex volun-

luntate vel facto discedentis migrandum, detractionem non faciendam ex communi Doctorum sententiâ refert Köppen. *decis. 9. 11. n. 15. & 16.* Ab hoc tamen onere eximuntur Academici & Scholares: Qui autem horum nomine veniant, consule Brunnem. *Cons. penult. n. 236. & 417.* Sichard. *ad Auth. Habita.* add. Berlich. *d. p. 3. concl. 52.* In hoc Ducatu quid juris sit, vid. in Fürstl. W. L. O. *tit. 4. per tot. Nov. const. Wirt. 13. fol. 340. & seq.* Tübingisch. Vertrag. *vers.* damit auch der gemeine Mann. *punct. 4.*

L.

In aliis nonullis Regnis *Jus Peregrinitatis seu Albinagii* (cui tamen in Imperio Rom. G. non est locus.) introductum est, de quo Jean Bacquet, *Le droit d' Aubaine aussi demeure perpetuellement & incommutablement au Roy (de France) comme imprescriptible, étant regal, honorifique & souverain, appartenant au Roy en recognoissance, & signe de Souveraineté & Superiorité. tom. 1. p. 4. chap. 28. n. 7.* except. v. *chap. 31. 32.* & Rebuff. *de priv. Stud. pr. 83.* hocque jus ulterius introductum Authores testantur in Anglia, Italia, Asia, Africa, &c. vid: P. Christinæ. *V. 5. decis. 228.* *De Jure Albinagii.*

LI.

4. *Vectigalia*, vulgo Telonia, Territorio quondam concessa, *exigendi*: & quidem propriè de rebus inanimatis. Hæc autem primò Imperatoribus tantùm, pòst etiam Electoribus à Car. IV. in A.B. *c. 9.* ibi Rumelin. in recompensationem laborum pro quiete Imperii, Carpz. *ad L. R. c. 8. f. 4. n. 5.* dein cunctis aliis, Superioritatem Territorialem acquirentibus, concessa sunt. Knipsch. *l. 2. c. 18. per tot.* Menoch. *V. 10. Cons. 901. n. 51. & seqq.* Cravett. *cons. 673. n. 16.* ut certissimum sit regale Superioritati adhærens. Brunnem. *Cons. 67. n. 8. & seqq.* A majoribus ergo indicta, & legitimo titulo acquisita, hodiè liberè Superioritatis jure exercent, secundum modum consuetum; Nova autem erigere, & vetera augere, nulli proprio jure ampliùs licet, per ea, quæ habet B. Dn. Myler *d. tr. c. 64. n. 2. & seq.* Dn. Schweder. *part. spec. sect. 1. c. 20. n. 3* add. Recess. Imp. *de Ann. 1654.* Ad illorum igitur præstationem in foro conscientiæ quis est adstrictus, auch dessen/ was einer von pretiosis in Hosensäcken trägt/ *Exigendo Vectigalia.*

uti loquitur Treutl. *V.2.D.18.th.8.lit.e.* Zeiller. *Itin. Ital. p.8.* etiam non admonitus vel interpellatus. Golnitz. *in Gymnasmate de Reg. Vectig. jur. cap.4.n.4.* vid. maximè *n.32.* Hinc sub pœnâ commissi vectigalia defraudãtur. Papinian. *l.8.* Ulp. *l.14.* Marcian. *l. f. §.3 ff. de public. & vectig.* C. Klock. *de vectig. concl 85.* Gail. *l. 2. O.51.n.5.* Videtur denique Neronis voluntatem omnia abolendi vectigalia, ap. Tacit. *l. 3. Ann. c. 50.* æque reprehensioni subjiciendam, ac est insolita impositio Caji Caligulæ pro eduliis, umbra, aëre. Clapmar. *de Arcan. Rerump. L. 5. c. 14. in pr.* Vespasiani ex Urina. Bodin. *de Rep. l.6 c.2.* Roman. Pontificum ex lupanariis. B. Dn. Avus m. Th. Lansius *in Consult. contra Ital. p.830. & seq.*

LII.

Collectas, Census, Tributa. *An de immobilibus Subditorum extra Territorium sitis?*

Collectas, Census & Tributa. tit. C. sine cens. Fel. de Solis *de Censib. in proœm.* Quæ sine distinctione æqualiter Superioritatis Condomini pro indiviso à subditis petunt, propter subjectionem vel personarum, vel proprie rerum & bonorum, in certo casu etiam (regula enim in contrarium est, & ex usu quilibet Territorii Dominus de bonis in suo Territorio sitis, immobilibus hæc exigit, prout hoc docet & latè propugnat Dn. Mevius *p.2. dec. 372. n.13.* quomodo & nuper Inclyta hæc Tub. Facultas, nempe d. 13. Aug. An. 1679. respondit) extra Territorium sitorum immobilium. Ita Ann. 1532. Noribergæ & Ann. 1544. Spiræ constitutum testatur Ber. Græveus *l. 2. concl 53. n. 6.* it. *concl.52. conf. 1. n.5.* Aliàs enim, qui non sunt subditi, non possunt collectari. *l.6. §.1 f. ff. de mun & hon.* Ut Brunnem. *in Conf. 163. n.17.* Weilen *Magistratus Academicus, neque subjectionis, Imperii vel jurisdictionis ratione Magistratui oppidano verwandt* noch underworffen / sondern ein gantz *separatus* und sonderlicher *Status,* soll Er / *vi privilegii immunitatis ab hoc onere,* ohnbeschwert seyn / als welches sehr beschwerlich / und zu ruin der Universität zielet / *jung. d. Conf. per tot.* Sunt, qui putant, hoc jus non esse separatum regale, sed cohærere jurisdictioni, adeoque cui hæc concessa, illi simul jus hoc concessum intelligatur, opponentes quotidianam experientiam, quâ quilibet Magistratus inferior, suâ voluntate, circa collectiones varias suscipit immutationes: Sed de facili est respondere; quia tantùm circa modum has immuta-

mutationes fieri apparet, & quidem opitulantibus justâ causâ, varioque consensu, quæ requirunt Klock. *V.3. cons.148. num.1.* Mev. *p.3. dec.216* Exacta igitur hæc tributa inter Condominos, tanquam fructus Superioritatis, dividenda. Quòd si verò unus Condominorum vi collectas die Land-Steuer extorserit, alteri Condominorum non adhuc semel ad solutionem subditi tenentur. Brunnem. *Cons 53. num 6.* Huc spectant Fräulinsteuer/ si imprimis subditorum concurrat voluntas. Koppen. *decis. 32. num. 12.* ita in Ducatu Brunsvicensi ex consensu Ordinum & Civium inter ordinaria tributa refertur. Stuck. *p.1. Cons.22. num. 293.* & videri meretur latè hac de quæst. disputans Dietherr. *in d. App. lit. F. num. 19.* Türckensteuer oder Türcken Hülff. Et quia aliàs privilegiati hìc non eximuntur ap. Carpz. *L.4.t.10. R. 71. num 11.* ideò in Rec. Imp. nomine einer freywilligen Hülff oder Steuer indigitantur. Dn. J. W. Textor *de vera & var. Rat. St. c. 3 p. 63.* Quarum collectarum collectio ne ullatenus impediatur, Dominis Territorii, in quo domicilium habet subditus collectandus, permissum est etiam ejus bona in alio Territorio sita, collectare. *dd. Recess.* Etsi duo de Territorii Dominio contendunt; hìc quoque certâ ratione cautum est, ne tardetur collectio in d. Rec. Spir. *de An. 1542.* §. und damit. *107.* Itidem in R. I. zu Regenspurg. Ann. 1576. *§. 99.* sequens dispositio occurrit: Da zween/ drey oder mehr Stände im Besitz und Niessung einer unzertheilten Herrschafft seyn/ das dahero grösser Streit und *difficultät* einfalle/ gegen wem unser Procurator Fiscalis an unserm Keyserl. Cammergericht/ zu Einforderung deß Reichs-Hülffen/ die Proceß fertigen lassen/ und darauff procediren soll. Sintemal dann billich/ das solche nothige Reichs-Hülffen unverzüglich erlegt werden/ als mit Rath und Vergleichung aller Ständen und Abgesandten erklären und ordnen Wir/ daß in obgehörtem Fall/ allemahl der Stand/ so das Stammhauß besitzlich inn hat/ zuerlegung deß Reichs steuren mit Recht von unserm Fiscal angelanget/ Und gegen denselben verfahren werden soll. Doch demselben seine Forderung gegen seine Miterben oder Mitbesitzern derselben Herrschafft/ zu Vergnügung ihrer Gebührnussen/ auch daselbst an unserm Käyserl Cammergericht zu verfolgen/ in allwege hiemit vorbehalten.

Quid si unus Condominorum solus vi extorsit?

LIII.

Gabellas, Datias. Accisias.

Gabellas, Datias, Accisias, Umgelt/ Zapfengelt/ Taverngelt einzuziehen/ zuerhöhen/ etwas auff das fleisch zuschlagen/ Accis auffzulegen. Gabellarum autem sub h. v. plurimas reperire licet species, ut etiam cum vectigabilibus & collectis eas commisceant Bald. & Salicet *in l. un. C. de superind.* Everh. *consf. 42.* quanquam interea quædam adhuc differentia. v. Gilmano. *V. 1. p. 1. t. 2. n. 101.* Effectus verò jurisdictionis Territorialis sunt itidem, per verba Wehneri. *voc.* Umgelt. Wem die Landstewr samt andern Regalien / zugehören / derselbe zeucht auch billich die umgelt und tafernengeldt ein. Mod. Pistor. *V. 2 consf. 9. n. 18.* Berlich. *loc. cit.* Richter. *V. 1. p. 6. consf. 36. n. 47.* Sed Limit. Myler. *d. l. c. 65. numer. 7.* Et imponuntur super rebus commestibilibus ac consumptibilibus: unde Consumptions, Mittel *n. 6.* pro cohibendo luxu generali. Knipsch. *l. 2. c. 19. n. 41. & per tot.* Adque illarum solutionem omnes forenses, ut incolas, publica utilitas necessitat, imò naturalis ratio cum mandato divino; ut illas defraudantes mortaliter peccare probet Sayrus *in Clav. Reg. Sacerd. Cas. Consc. l. 9. cap. 16 n. 29. ad f.*

LIV.

Decimas.

Decimas den Zehenden / quæ, secundum nonnullos, non semper tamen jurisdictionis & regalium fructus hodiè censentur, ut ex Cothmanno Reink. *l. 3. cl. 1. cap. 8. n. 11.* Exigendi item *Hospitaturas*, *Albergarias*, i. e. Mansionum & epulationum sumptus, Herberg / Außspann / Atzung/ Gastung und Nachtfeld. Quas exigunt Condomini albergantes, et extra Residentiæ locum in Territorio divertentes, ab inhabitantibus cujusvis loci, Superioritatis jure. Klock. *tom. 1. cons. 10. n. 365.* Mager *de Adv Arm. c. 10. n. 223. et mult. seqq.* qui cum Knipsch. *l. 1. c. 12. n. 170.* hoc jus imprimis in Monasteriis quæri ostendit.

Hospitaturas, Albergarias.

LV.

Insuper ad propria Territorii Domini & totius Provinciæ commoda, ex hoc Territorialis Superioritatis jure, est facultas *Concedendi Nundinas Provinciales. l. 1. ff. l. un. C. de Nund.* Jahrmarckt. v. Dn. Ah. Fritsch. *de reg. nund. jur. num. 11. & seqq.* Quæ quanta faciant incrementa, v. Lazzius *de Vienn L. 2. c. 8.* add. Dn. Orttb. *de jur. conduc. c. 4. p. 143.* Hæcque facultas, invitis licet

Concedendo Nundinas provinciales.

cet Vicinis Imperii Statibus, exercetur, nisi contrario privilegio ab Imperatore muniti, cum Gailio, Fichardo & aliis Myler. *d. p. c. 58. num. 8. & 9.* Dictæ tamen nundinæ non solent transferri ab uno Territorii loco in alium, nisi præviâ communicatione cum adjacentibus & vicinis Territorii illius Civitatibus habita. Sed Wochenmarckt à qualibet civitate instituuntur. Cluten. *Syll. th. 22. lit. e.* Brunnem. *ad d. l. un.*

LVI.

Videbatur & ad Territorialem Superioritatem pertinere *Ius Cudendi Monetam*, adeò, ut & Nobiles Imperii Immediati regale hoc possint habere, uti asserit Nolden *tr. de Stat. Nob. cap. 17. thes. 5. num. 112.* Quos Territorialem possidere jurisdictionem *num. praced. 105.* comprobat. Verùm in hoc maximè regali cauti subinde fuerunt Imperatores Romano-Germanici, ob divini nummorum, commerciis hominum tam necessarii, quàm utilis, inventi, conditionem, quâ turbatâ, & ipsa & omnis hominum societas gravissimo ipsius damno unà turbatur: nec simpliciter Territoriali Superioritati, ut alia plura aliàs, reliquerunt, sed singulari gratia & jure certis tantùm Territoriorum Dominis concesserunt: Unde Dn. Myler. *d. tr. cap. 71. num. 1.* scribit: *Habent hanc potestatem non tam jure proprio aut vi jurisdictionis Territorialis, quàm ex præscriptione, aut beneficio ac permissu Imperatoris.* R. A. *de Ann. 1551.* §. So haben wir. R. A. *de Ann. 1570.* §. alsdann die Münzgerechtigkeit. ibi: Auß sonderm Vertrauen. Vid. ibid. alleg. plures Authores. idem in addit. ad Rumelin *in A. B. p. 3 diss. 3. thes. 19.* ibi: *ex singulari Imperatoris concessione.* Sed tamen paullatim pluribus communicatum est, expressâ, tacitâ eorundem voluntate, & Territoriis eorum annexum hoc jus: ut videre est ap. Kitzel. *de jur. Monetar. Clas. 1. theor. 7.* Quod an bono publico factum sit, disquirunt hinc inde Doctores. Nos provocamus ad calamitosam temporum præsentium, etiam ex eventu hujus concessionis, tam prudentissimis licet constitutionibus circumscriptæ, rationem: recordantes unà illius Philippi Landgravii Hassiæ, Herois, ut pii, ita magnanimi, dicterii: Man soll einen Fürsten kennen bey reiner Strassen / guter Müntz / und Haltung beschehener Zusag.

De Iure Monetandi.

 LVII.

LVII.

Hæc de Spectantibus tempus Pacis maximè. Belli tempus spectant.

Ordine jam ducimur ad aliam temporum seriem, *Sagatam* nempe. Vi enim Superioritatis Condomini in nostro Imperio R.G. hanc circa jus belli potestatem sibi vindicant, modò forma in Constitutionibus Imperii præscripta observetur, de qua Deput. Abſch. *de Ann. 1564. §. 18.* Knipsch. *L. 2. c. 22. n. 5. 6.* Limnæ. *T. 1. l. 4. c. 8. num. 248. & in addit. T 5.* Adque dictum jus, pro communi exercendum, pertinent sequentia.

LVIII.

Ius Subditis arma imponendi.

Ius videlicet *Arma Subditis imponendi*, denen Unterthanen Wehr und Waffen auffzulegen/ Pruckmann. *V. 1. C 27. n. 32. & V. 2. C. 10. num. 41.* und sie auff gemeinen Kosten zu montiren/ arg. Bidemb. *q. 7.* Hoc tamen de subditis intellectum, ad Turcarum exemplum, non vult cum Besoldo Knipschild. *d. l. n. 55.* qui, als mit Huld und Pflicht der hohen Lands-Obrigkeit zugethan/ etiam ad omnigenam illius defensionem von selbsten obligirt. Dn. G. Feltmann *Dec. Rz. jur. milit. Rz. 1. num. 66.*

LIX.

Eos Lustrandi.

Lustrandi, zu Mustern & milites probandi. *l. 1 C. qui mil. poss.* eaquepropter Territorii jure Convocandi zur Musterung/ Reiß und Folg. Quæ à subditis probè observanda in bello, seditionibus, aliisque molitionibus, quovis etiam tempore ac loco. Pruckmann. *d. c. 27. num. 37.* Knich. *c. 3. num. 359.* Forst. *n. 4. p. 290.* add. Dn. Fritsch. *tract. spec. de h. jure.*

LX.

Ab iis Excubias exigendi. Præsidia collocandi.

Præsidia collocandi, Excubiasque exigendi, Besatzung einzulegen/ wegen Verwahrung und Bewachung deß Orths bey Tag und Nacht. ut talia loca ab omni invasione & metu hostili liberentur, Kreidem. *d. l. num. 224.* Præsidiales verò Condominorum, non Civitatis, sumptibus alendi. *per l. f. C. de Stat. l. 18.* ibi: *proprio sumptu: C. de oper. publ* Myler. *d. c. 78. num. 2.*

LXI.

Iis Transvectionem armorum injungendi.

Transvectionem armorum injungendi. Stück/ etiam Proviant/ zuführen/ vel ad expeditionem aliquam necessariam tantùm, vel ad necessariam ex parte: uti disting. J. O. Tabor,

in

in Armament. Justin. c. 1. num. 17. eum in finem, ut hoc casu ad angarias præstandas subditi magis excusentur, quàm in priori.

LXII.

Fortalitia & munimenta erigendi. German. Festungs-recht. Limn. *l. 4. c. 8. num. 235* in toto Territorio, sive in meditullio, sive in finibus: modò non ad æmulationem & vicini injuriam. per ea, quæ tradit A. Gail. *L. 2. O 69.* Et huic extructioni, ob commodum publici ac intervenientem nonnunquam necessitatem, loca privata, etiam invitis Dominis, atque publica, imò sancta, cedunt. Hering. *de jur. Burg.* cum Eckold. *de jur. fortal. §. 11.* Fortalitia, Munimenta erigendi.

LXIII.

Securitatem concedendi per Salvas Guardias, eas quandoq; affigendo an Kirchen/ Rath- und Gemeind-Häusern/ auch an die Statt- oder Kirchen-Thor/ hinc & Dorff-Fried. Casp. Leipold. *de concurr. jurisd. in l. R. G. q. 3.* ut quis contra potentiores tutus existat: Menoch. *Arbitr. l. 2. cent 4. cas. 338. pr.* Et uti Imperatoris S. G. violans incidit in crimen L. M. *l. 1. ff. ad L. Jul. de Maj.* Paul. di Castro *V. 1. cons. 324.* sic & Territorii Domini, maximè cùm Status Imperii; si adstipulandum sententiæ Boceri aliorumque plurium, quos citat, statuentis, in Marchiones, Duces, Comites, &c. qui provincias Imperii gubernant, imò etiam adversus unius castri Dominum, quia Imperium ac potestatem habent, crimen Majestatis suâ ratione committi. *in tract. de Maj. crim. c. 2.* Securitatem concedendi.

LXIV.

Ius Metatorum. Einquartierungs-Recht. Hospitat. Militar. Nam cujus est Superioritas, deme gehört die Einquartierung. Unde Besold. in casum, ubi inter duos pluresve Dominos, unus Superioritatem Territorialem, alius in eodem Territorio jurisdictionem habet criminalem, ita decidit: Daß die Einquartierung der Lands-Fürstlichen Obrigkeit nachfolge: wann derowegen einer den Blutbann hat/ und nicht zumahl die Lands-Fürstl. Obrigkeit (wie es dann wohl seyn kan) so mag jeniger/ deme der Blutbann gebühret/ der Einquartierung sich nicht anmassen. *Thes. Pract. lit. E. num. 22.* J. O. Tabor *de Metat. p. 1. c. 6. num. 3.* Limnæ. *l. 4. c. 8. n. 207. & seqq. in Addit.* Ergo non aliter, quàm cæte- *Ius Metatorum.*

cætera jura, hæc juris Armorum species ad Dominos, & sic Condominos, spectat, qui pro in metata subditis suis imponunt singulis & omnibus, non gaudentibus aliquo exemptionis privilegio. ut sunt; Personæ Ecclesiasticæ. *l.1.C. de Ep. & Cler.* Carpz. *l. Conf. L. 1. t. 7. num. 123.* Scholasticæ. B. Brunnem. *ad d. t. l. C. & conf. supra all.* Iterum tamen hic jungimus verba Besoldi in loc. cit. circa fin. quæ talia sunt: *Quid, si duo communem habeant jurisdictionem, subditique non sint divisi, & unus privilegietur, ne ipse, suiq; subditi, hospites recipere cogantur, (quod fieri potest, per l. omnes. 9. C. de Metat & Epidem.) anne tales subditi pro rata ejus, qui privilegio tali non pollet, contribuere, vel milites hospitare teneantur? nam aliàs elusorium tale privilegium esset.*

LXV.

Aperturæ. *Apertura*, das Oeffnungs-Recht. Quod licet non Superioritatis Territorialis tessera, in ipsius tamen consequentiam competere, docet Dn. Fritsch. *de jure apert. cap. 2. n. 4. seqq. & cap. 3. n. 1.* ut subditi belli tempore Dominis suis Territorialibus aperiant castra & arces, quò sine difficultate cum suis Condomini intrare queant, ac intrantes honorificè recipiantur. Boer. *decis. 2. n. 53.* Unde Territ. Domini castra talia concedere solent sub hac reservatione, daß das Schloß soll offen seyn / wo wir es bedarffen / Speid. *Spec. lit. O. n. 12.* Quale jus Aperturæ Condomini in Territoriorum divisione non raró mutuó sibi reservare solent in tempore belli securitatis ergo. Cujusmodi pactum mutuæ aperturæ inter Comites quondam Zollerianos refert ex Besold. *Th. Pr. voc.* Oeffnung. Dn. Fritsch. *de h. jure C. 4. n. 9.* Sed & diversorum Territoriorum Domini, ob eandem rationem, sibi mutuó hoc jus pacisci solent. Formulam exhibet ab Eberh. à Weyhe *in medit. pro Vet. l. 2. c. 2.* idem Dn. Fritsch. *d. c. 4. n. 4. & seq.* Daß denenselbigen Einigungs Verwandten mit oder ohne ihres Kriegs-Volcks Haab und Gütern / in deß oder der andern Landen / Fürstenthum / Herrschafften und Gebieten / Schloß / Städt oder andere Flecken / so lange diese Einigungen wären / Oeffnung gegeben werden solle / doch nicht anderst / dann in Sachen / die Einigung betreffend / in der Noht / &c. Sed quid in causa diffidii inter Condominos; *An, eo durante, uni aut alteri denegari potest apertura?* Quamvis veró ejusdem castri apertura pluribus non Dominis Territorii vel ex pacto, vel consuetudi-

tudine, aut investitura competat, non tamen ob id Dominus Territorialis excluditur; cui tunc omninò ex Territoriali Superioritate competit die Oberöffnungs Gerechtigkeit. Dn. Fritsch. *d. tr. c. 3. n. 56.*

LXVI.

Ius Repressaliarum. Pfändung der Güter und Persohnen ejus loci, in quo, ob commissam injuriam, protracta vel denegata est justitia. Sed in nostro Imperio non conceditur, quia est species executionis. Reink. *l. 1. cl. 5. c. 6. num. 107.* ubi, quòd in Cam. Imp. mandata sine clausula contra talem decernantur. Limit. tamen, quòd adversus exteros locum habeat, modò priùs justæ, legitimæ & graves adsint causæ, ad injurias illatas propulsandas & justitiam conservandam, Myler. *d. tr. c. 56. per tot.* Secundum enodationem H. Hahnii *de Repr. m. 6.* Imperatoris authoritatem, ob summa, quæ inde Imperio enasci possunt incommoda, non negligere, tutius existimat Myler. *d. l. n. 6.* Repressaliarum.

LXVII.

Hucusque ostensum, quatenus Superioritas Territorialis sese maximè exerat facultatibus variis intra ipsius Territorii pomœria: Intra quæ sua jura ita exercet, ut nullum alium Dominum in communionem regulariter admittat. *arg. l. f. ff. de jurisd.* Ut enim privatorum Dominia sunt distincta G. J., sic & Dominorum Territoria. *l. 5. ff. de I & I.* ubi Dn. Brunnem. ut nemini quicquam in alieno Territorio, ejus jura usurpando, liceat. Mev. *p. 1. dec. 102. num. 10.* ne quidem immediatè citando suum, in alieno Territorio commorantem, subditum. Quomodo hinc contra eum, qui in alicujus Territorio deliquit, sed post sententiam condemnatoriam in alienum Territorium aufugit, procedendum, ostendit Schürff. *Cent. 1. cons. 33. n. 1.* nempe requirendum hujus Dominum, ut sententiam exequatur. Becius *lib. 1. cons. 62. per tot.* Aut quomodò aliàs citatio alterius subditi facienda, latè persequitur B. Carpz. *in Proc. Jur. tit. 7. art. 3. per tot.* jung. *tit. 13. art. 4. n. 53. & seqq.*

LXVIII.

Potestas verò hæc latiùs adhuc se extendit, & certis in casibus Territorii terminos egreditur. Et jure quidem I. ostendendi aliis terrarum Dominis, seu in Imperio, s. extra illud, *Superioritas & extra Territorium se ostendit* ad Exteros.

æqua-

æqualem quandam Imperii ac dominationis in Territoriis suis speciem, ad pacis & belli, commerciorumque momenta. Quod fit facultate

LXIX.

Mittendo Legatos.

1. *Mittendi ad eos Legatos*, quos utique Majestas & Superioritas una ad alteram mittit, & Nobilibus Imperii Immediatis etiam tribuitur in Capit. Leopold. §. *39.* Nolden. *d. tract. de stat. Nobil. cap. 17. th 8.* Id quod tamen Dn. Myler. *d. tr. cap. 19. n. 6.* aceptum vult de Nobilibus hisce, non ut singulis, sed ut universis, ad experientiam quotidianam provocans. Hæc facultas tanta est, ut Legati Sancti habeantur, & ad instar suorum Principalium, adeoque inviolabiles. *l. f. ff. de legat.* non ut inviolabilitas eos, in Territorio ejus, ad quem missi, delinquentes, ab omni pœnâ semper eximat: Superioritatis enim jus etiam animadversionem in eos nonnunquam admittit. Hinc Dn. C. Ziegler *in not.* (quas aureas dicit Dn. Thomasius *in disp. de Leg. inviol. §. 122.) ad Grot. de I. B. & P. l. 2. c. 18. §. 4. verb. quare omninò. Ego ita censeo*, ait, *delicta leviora dissimulanda esse. Propter atrociora, quæ principaliter in privatorum vergunt injurias & damna, remittendum esse legatum ad eum, qui misit, cum elogio & postulato, ut vel puniatur, vel dedatur; Propter ea, quæ directò statum aut dignitatem Imperantis lædunt, non puniri tantùm posse legatum, sed etiam occidi ab illo ipso Principe, ad quem missus est.* Cujusmodi exempla non deficiunt. Et ita interpretandus Cothmann. *V. 5. Rs. 32. num. 29.* ap. Reink. *L. 2. cl. 2. c. 17. num. 106.* Eoque tendit distinctio Dn. Myleri ex Besoldo, inter delictum contra officium hominis, vel contra officium legati. *d. c. 19. num. 12.* Illi verò deorbati in itinere pro resartiendo damno regressum faciunt contra Dominos & sic Condominos mittentes. Gail. *p. 1. obs. 40. num. 13.* Addenda adhuc sunt verba Dn. Phil. Mulleri *in diss. de Princ. Germ. Legation. cap. 3. num. 19.* quæ hæc: *Quamvis autem hacce, quæ Serenissimis Germaniæ Principibus indubitatò competere demonstravimus, Legationum jura non omnes forsan æquè crebrò exercuerunt, non tamen exempla desunt eorum, qui pleno jure miserunt & receperunt Legatos.*

LXX.

LXX.

2. *Fœdera cum ipsis pangendi*, nempè tam exteris, quàm aliis Territoriorum Dominis. Nullibi enim hoc interdictum ipsis legitur: Et cum belli jura habeant, ad suorum Territoriorum protectionem & conservationem, cur non & fœderum jure gauderent, quibus securitas & salus promovetur? Patet de hoc quoad plerosque, ex pluribus præteriti Seculi XVI. Recessibus: ex Instituto Pacif. Osnabr. *de Ann. 1648. §. gaudeant.* Reink. *d. tr. lib. 2. cl 3 cap. 3. num. 23. & seqq.* Myler. *d. tr. c. 17. num. 17.* Quoad ipsum verò Ordinem Equestrem Immediatum, ex Ordinat. ejusdem Confirmat. ab Imp. Friderico Anno 1561. Nolden *d. tr. c. 17. n. 153.* Myler. *d. l. num. 7.* Modò tamen Ecclesiæ, vel Imperii præjudicium nil quicquam prohibeat, ut omnes limitant. Vid. J. Gothofr. *de interd. Christian. cum Gentil. comm. inter ipsius Opuscula varia Libr. 6.*

Cum iis Fœdera pangendo.

LXXI.

II. Boni publici causâ, ne facinorosi ex Territorio, in quo deliquerunt, in alterius Territorium fugientes, dum fugâ vitæ suæ consulere volunt, justitiam facilè eludant, eidemque se subducant, cùm tamen intersit totius Territorii, ut malis hominibus purgetur. arg. *l. 13. pr. ff. de off. præsid.*

Facinorosos in aliud Territorium fugientes

Iure insequendi eosdem & in alieno Territorio, continuâ persecutione *capiendi & retrahendi* ad locum delicti; quod jus vocari solet das Nacheyl Recht. Fundamenta ex jure communi habens. vid. *l. 23. §. f ff. de adult. l. 3 §. 9 l. 17. ff. de vi & vi arm.* & approbatum in Rec. Imp. *de Ann. 1555 §. 37.* Besold. *in Thes. Pract. voc.* Nacheyl. & in Diss. *de Iur. Territ. cap. 3. §. 3.* Myler. *d. tr. de Princip. & Stat. Imp. R. G. p. 2. c. 48. n 10. & seq.* Quæ tamen retractio ad locum delicti non permittitur, sed ut captus facinorosus sistatur Domino Territorii, ubi insequendo captus, receptum est in turbatoribus pacis publicæ, seu hostibus publicis, per Rec. Imp. recentiorem *de Ann. 1559. §.* so nun in solcher Nacheyl. *26* Et sub hac distinctione diversum loquentes Doctores componit Myler. *d. l. num. 12.* v. Besold. *L. 1. Polit. c. 12. n. 78. §. 5.* Dn. Ortth. *de jur. conduc. cap. 6. p. 184.*

insequendo & retrahendo.

LXXIII.

Præter Secularia exerit se & in Ecclesiasticis.

Hæc enarrata hactenus jura Territorialis Superioritas habet in causis maximè *Secularibus*. Cùm verò etiam *Sacrorum cura*, æternam Subditorum salutem respiciens, non postrema Majestatis sit cura, ita ut, quòd videat, eò sacris literis conformiter conducere, ejus jus habeat; cùm sine ea Respubl. corruat. R. I. de *Anno 1532. tit. Commercien. pr. in f.* J. Gerhard. *de Magistr. Polit. c. 6. s. 1. m. 1. num. 165. & seqq.* Gr. Maynard. *Decis. nov. Thol. L. 2 d. 4.* Subditorumque animas quibuscunque causis præferri æquum sit. arg. *l. 43. ff. de Relig.* etiam pretiosissimis rebus terrenis. *l. 29. C. de appellat. l. 21. §. nam si necessitas. C. de SS. Eccl.* Et verò in Imperio Romano Germ. Territoriorum Dominis Subditorum cura ab Imp., salva ejus Supremitate, commissa sit, ut sæpiùs hucusque dictum. Quare circa *Sacra* etiam Territorialis potestas juribus instructa est omnigenis, nisi ubi forsan in uno & altero, Imperii Constitutionibus, restrictio quædam facta.

& circa Sacra.

LXXIV.

Non quidem ap. Catholicos, Sed Cæteros, Territorior. Dominos,

In quo quidem genere Pontificiæ religionis Territoriorum Domini à cæteris, Augustanæ Confessioni addictis, & his postea per Imperii pragmaticas Constitutiones associatis Reformatæ, ut vocantur, Religionis discessum fecere, Pontifici adhuc, quoad hanc curam, deferentes, eandemque ipsi soli hucusque relinquentes. Verùm inter hos potestatem hanc, suspensâ, ut loquuntur, per transactionem Passaviensem, Anno 1552. quæ Ann. 1555. per Pacem Religiosam Augustæ, & utraque in Pacis Osnabrugensis Ann. 1648. ut & Noviomagensis nuper Anno 1679. conclusæ Instrumentis, confirmata, Pontificis inter Protestantes, quoad hæc, potestate: aut jure Sacrorum, si veriùs loquendum, Territoriorum Dominis restituto, per Divini Numinis gratiam vigere, est in propatulo. Hinc communiter ap. AA. Ad jus Territoriale gehört die Freyheit in Religions-Sachen/ atque jura Episcopalia. Const. d. pac. Rel. *Ann. 1555.* §. Damit auch. & illo jure gaudentes, simulque Pacific. inserti, tantum juris circa sacra in suis diœcesibus habere dicuntur, quantum Pontifex, secundum principia Canonum, in mundo

Chri-

Christiano. I.B. Manson *Dec. Not. Pract. not. 4, num. 3.* D. Mev. *p. 2. dec 305. num. 6. ad fin.* nota ibi *num. 15.* verba Cothmanni. Reink. *l. 1. cl. 5. c. 4. num. 231. & L. 3. cl 1. c. 10. num. 2.* Knipsch. *l. 2. c. 5.* Carpz. *J. C. l. 1. t. 1. d. 2. & d. 3 num. 2.* cum seqq. Brunnem. *Cons. 142. num. 12.* Unde Principes nostri infeudari dicuntur mit allen Prælaturen und Klöstern. Knich. *de Sax. non prov. jur. verb. Dutum. c 5. num. 560.* & Augustus El. Saxon. *in Const. Eccl. f. 288* Nachdem wir/ als ein Christl. Fürst/ deme nicht allein löbliche Policey/ sondern auch der Kirchen Sach/ vermög tragenden/ und uns von GOtt befohlenen/ Amts/ angelegen/ eine Christliche Visitation angestellet ꝛc.

LXXV.

Hæc cura verò circa Sacra non in ipsis ministeriis Ecclesiasticis obeundis consistit, sed in jurisdictione, &, post Imperatorem, Summo in Territorio cujusvis Imperio, quæ ipsa potestas Dominis, & ita Condominis, vigore indivisæ Superioritatis, competit. Hæc autem sese exerit in *Exercitio actuum Ecclesiasticorum*, tum quoad *Personas*, tum *Res* sive bona, die Geistl. Güter. Und seind/ vermög deß Passauischen Vertrags *Ann 1552* und Religion-Friedens *de Ann. 1555.* deß Pabsts/ der Bischöff/ und anderer Christl. *Jurisdiction sive Jura Episcopalia* in der Evangelis. Stände Landen *suspendirt* und eingestellet/ hergegen ihnen *jure Territoriali*, und Krafft der hohen Lands-Obrigkeit/ zugefallen und zuständig. &c. sunt verba B. Conr. Theodorici ap. Knipsch. *l. 2. c. 3. n. 182.* *Et quidem circa Personas & Res.*

LXXVI.

Exercent itaque hanc Jurisdictionem Ecclesiasticam per *Consistoria*, quæ ut plurimùm ex membris Ecclesiasticis & Secularibus consistunt; ibique Clerici ex singulari privilegio suum sortiuntur forum, si causa & bassa illorum jurisdictio permittat. Carpz. *d l. def. 11. num. 9. & l. 3. t. 1. def. 5.* Ergo exceptio est, si causa ad altam pertinet Jurisdictionem, vel Clericus condemnatus parere nolit: item, censuras Ecclesiasticas negligat, item probabiliter dubitetur, Clericus num Laicus, & passus sit non opposita fori exceptione se à Laico condemnari. Cod. Fabr. *L. 3. t. 11. d. 6. & t. 12. d. 8.* Vid. Christ. Weberi *tract. de jur. Con-* *Per Consistoria.*

sist. quem exhibet Dn. Fritsch. *in Jur. Eccl. tripartito. Tr. 5.* Quamvis verò Clerici fori privilegium, aliaque non pauca habeant, Domini tamen Territoriorum collectas, quæ in commune omnibus prosunt, iisd. etiam ad reparationem pontium, fluminum, viarum &c. imponunt, Excubiis quandoque adstringunt, & in patrimonialibus non aliter, ac cæteros cives laicos, respiciunt: uti contra C. Klockium defendit Carpz. *l. 2. t. 19. d. 211. t. 22. d. 339. & seq.* Boer. *decis. 212. num. 6.* Brunnemann. *Cons. 6. n. 26. & Cons p. num. 298. cum seqq.*

LXXVII.

Templa ædificando. Porrò consistit hæc Sup. Territ. in potestate *Ædificandi templa*, aut aliis, templa extruere, Ecclesiasque dotare, volentibus consensum præbendi. Dn. Fritsch. *d. tr. tr. 4. de jur. Petro. th. 2. §. 3.* Cœmiteria extruendo. *Cœmiteria extruendi* in locis publicis, vel propter commoditatem, iis deficientibus, etiam in privatorum agris, Dominis licet eorum invitis, sub solutione tamen pretii justi, ex ærario Ecclesiastico desumendi. Carpz. *l. 1. t. 9. R. 86. & l. C. l. 2. t. 24. d. 387. ac 388.*

LXXVIII.

Religionem introducendo. Ad curam hanc ulteriùs maximè facultas *Religionem introducendi, introductamque mutandi*, & ad eam reducendi conditionem pertinet, quæ animarum saluti, tum propriæ Condominorum, tum subditorum, conducere videtur, meliori, maximè è Sacris literis, accepta informatione. Hinc apud eos *Olim liberè.* Authores, qui post Pacem Religiosam, ante Pacificationem Germaniæ Osnabrugensem, scripserunt, legere simpliciter est. Die Freyheit in Religions Sachen ist der Stände höchstes *Regale.* vid. Myler. *d. tr. c. 83. & 84.* Item Status Imperii, tam Pontificiæ, quàm August. Confessionis vigore Superioritatis Terr. erigere & mutare posse publicũ, tam Pontificiæ, quàm Augustanæ, Confessionis exercitiũ. Reink. *d. tr. lib. 1. cl. 5. c. 4. n. 227.* Item. Imediatè Nobilibus liberrimum Religionis exercitium adeò permissum est, ut instar Statuum & Ordinum Imperii pro arbitrio, utram velint, introducere, vel subinde mutare, religionem possint. ex Pac. Relig. §. und in solchem. Bidemb. *qq. Nob. q. 2. n. 8* & maximè in d. Instrum. Pac. *artic. 10. §. 27.* it. Religionis mutatio Territori-alis

lis jurisdictionis indubitata est sequela. Carpz. *de L. R. cap. 3. sect. 10. n. 21.* & ad illam usque Osnabrugensem Pacificationem vera hæc simpliciter ita fuerunt: Sic tamen, ut Catholicorum Ecclesiasticorum Territoria à mutatione, per Religionis à Prælato factam mutationem, callido, ut Dn. J. W. Textor *in d. tr. de vera & var. rat. stat German. modern. c 21. p. 656. & seq.* vocat, remedio, fuerint exemta: quod jus nominare solent, den geistlichen Vorbehalt: Sed à Statibus Imp. A. C. in ipso Constitutionis actu contradictum, notante Mylero *d. c. 83. n. 2.* Sic etiam, ut subditis, religionem mutare nolentibus, liberum emigrandi jus, retentis aut alienatis bonis, reservatũ fuerit, & ad bona, in eo relicta, per ministros administranda, ad lites & jura inspicienda, liberrimus, etiam sine literis, commeatus permissus. in d. Pac. Relig. in R. A. *de anno 1555.* §. wo aber unsere. confirmata de novo in allegata Pacif. Osnabr. *art. 5. n. 12. §. quantum deinde 29. & § quod si vero subditus. 35.* in Noviomagensi repetita, vid. Brunnem. *Cons. 119. n. 9.*

LXXIX.

Verùm libertatis hujus mutandi religionem, ad tuendam eò meliùs publicam Imperii pacem, turbasque in eo evitandas in d. Pacif. Osnabr. *d art. 5. n. Bona. III. §. 14. & seq.* non tam declaratio, quàm restrictio, facta est, ita, ut Domini Territoriales non ampliùs publicum religionis exercitium, quod Cal. Januarii Anno 1624. in Territorio fuit, immutare queant, neque etiam in bonorum Ecclesiasticorum, quæ eo die utrinque habuerunt, possessione turbandi sint. Vid. de h. mat. Dn. Fritsch. *in jur. Eccles. tr. 3. de jur Episcop. tit. 4. inscripto: de Translatione Juris Episcopalis ad Status Imperii A. C. addictos &c.* Illa verò libertas emigrandi Territoria haud ita exhaurit subditis, ac violenta tot millium expulsio, qualis à Regibus Catholicis, quoad Mauros & & Judæos, Sec. XV. facta, post breve ipsis, 20. saltem dierum, spatium præfinitum; Aut cruenta illa in diversæ religionis addictos Inquisitio, in Hispania adhuc continuans. Vid. post Joh. de Laet., Thuanum, B. Thomas Lansius *in Consult. contr. Hisp. p 368. & 389.* Vitor. Syri *t. 3. p. 211.* L'Estat d'Espagne *p. 85.* Violentiæ tamen haud adscribendum, quòd à Nostratis Religionis Territoriorum Dominis hinc inde Cives non, nisi sub

Post Pacem Osnabr. restrictã.

Religionis juramento, recipiuntur, dieweil es kein Zwang ist/ sed à cujuslibet personæ Ecclesiasticæ seu Politicæ libero dependet arbitrio, num sese h.m. obstringere velit. Dn. Fritsch. *in Suppl. Besold. p. 101.* Finckelth. *de jur Patr c. 6. n. 112.* Quod observatur in Electoratu Saxoniæ. Carpz, *l. C. l. 3. t. 1 d. 16.* & præter alios August. Confessionis Principes in Regno Suediæ, ut supra allegatus Leg. Hisp. Confess. Manderscheid commemorat,

LXXX.

Ab Officio Suspendendo. Remov. Degrad.

Consistit insuper hoc jus in facultate *Suspendendi*, *Removendi*, & *Degradandi*, quam Domini Territoriales exercent ex Superioritate Territor. plerumque, quò animadversiones eò strictiores, per Consistoria. Volunt enim eodem modo dissolvi, quò colligata illorum dignitas fuit, *l. 80. ff de solut. l. 35. ff. de R. I.* ut scil. à Consistoriis admoti, ab iisdem removeantur. vid. Decium *ad d. l. 35.* Quòd si Territoria sunt angusta, in Consilium adhibent JCtorum aut Consistoriorum ex alienis Territ. Collegia. Nec tamen d. pœna impedit, quò minùs ad ulteriorem, sive verbalem, sive realem pœnam, si quam insuper promeruerunt, Domini, & sic Condomini, ceu judices seculares, procedant: uti videre est ap. Gail. *de P. P. l. 1. c. 1. n. 20.*

LXXXI.

Scholas, Gymnasia instituendo.

Scholas & Gymnasia instituendi, utpote quæ itidem ac Academiæ, Collegiis Ecclesiasticis accensentur. Limnæ. *l. 8. c. 1. n. 44.* illorumque curæ adjudicantur. Unde etiam Studiosi, Scholares, Clerici appellitantur, quia, cuicunque etiam scientiæ incumbant, Ecclesiæ inserviunt, & privilegiatum inde forum consequuntur; nisi consuetudine contrarium sit introductum. Limnæ. *d. l. c. 6. num. 5. B.* Carpz. *l. 2. Rt. 15. & l. 3. Rt. 125.* it. *in l. C. L. 3. d. 12. & L. 1. d. 8. & 9.* Speid. *Spec. lit. L. n. 11. p. 755. in fin.* Academiarum verò atque Universitatum cum privilegiis & immunitatibus erectio, Reservatis Jurique Majestatis Imperatoriæ tam strictè adhæret, ut vel Vicarii Imperii, vel ipse Pontifex, omni circa illas tali potestate sint exuti, nec Pontifex in consortium concessionis admittatur. Dn. Fritsch *d. tr. tit. 5. §. 3. inf.* Knipsch. *L. 2. c. 4. n. 6.*

LXXXII.

De jure Patronatus.

Huic tandem jurisdictioni Ecclesiasticæ, Dominis Territo-

ritorii competenti, nihil officit *Ius Patronatûs*, quod nullam tribuit jurisdictionẽ in templo: Et vilioris etiam sortis hominibus, fœminis quoque, ad illud patet aditus ex Ecclesiæ dotatione aut constructione. *cap. 16. q. 7. c. un de jur. Patr. in 6. c. 16. X. conc. præb.* & latiùs cum Finchelth. *de jur. Patr.* ap. Mansonem *d. not. 1. & 3.* Carpzov. *l. C. L. 1. t. 5. d. 70. num. 3.* it. *in Pr. Crim. p. 1. q. 27. num. 20. & q. 44. n. 18.* add. Dn. Fritsch. *de I. Eccl. tr. 4. de Jur. Patron. th. 2.* Præterimus alia huc spectantia jura, ut Vocandi Ecclesiæ Ministros, Vocatos Visitandi, &c.

LXXXIII.

Notandum hîc circa finem enarrationis jurium Superioritatis Territorialis & regalium, quòd pleraq; quidem ad Territorii gubernationem sint necessaria; alia summè utilia: ut carere iis vix queat: Non tamen propterea omnia ipsi Territorii Domino sint concessa, & sic jure libertatis Territorio inhæreant, adeoque ab ejusdem Domino vindicari possint. Quare inprimis ad imperatoriam ab antiquo concessionem hic respiciendum est, aut praxin usitatam. Vid. Instrum. Pac. Cæsar. Suecic. *d. artic. V. numer. 12. §. quantum deinde. 29.* ibi: *Cùm ejusmodi Statibus Immediatis cum jure Territorii & Superioritatis ex communi, per totum Imperium hactenus usitata, praxi etiam jus Reformandi Exercitium Religionis competat. &c.* Quæ ipsa praxis, in iis, quæ sunt jurisdictionis & Regalium, præcipuè spectanda. Bidemb. *quæst. nob 7. num. 5. 6.* Non rarò enim eminentiora nonnulla, ob angustiam Territoriorum, potentioribus Dominis vicinis concessa sunt, aut hi in iis aliàs acquisiverunt. Sic jus Viæ regale Principes contra inferiores magno equestri apparatu & armis plerumque propugnare solent. Bidemb. dd. *qq. Nob. 12. n. 3.* Sic in alterius Domini Territorio alius habere potest jus venandi, den Wildbahn/ alius die Forstliche Obrigkeit/ und Forstrecht/ alius die Hohe Fraiß und Centh/ ꝛc. Casp. Leipold. *de concurr. jurisd. in I. R. G. quæst. 3.* Et talis non dicitur habere Territorium, sed specialem jurisdictionem intra alterius Territorium. Reink. *d. tr. de R. S & E. Lib. 1. cl. 5. cap. 1. n. 22.* Quòd si verò alii, quàm Territorii Domino, tale quid concessũ in alicujus Territorio, tunc hoc ipsum eidem,

Hæc jura non omnia activè Territorio inhærent.

Interdum nonnulla vicinis Territorii Dominis competunt.

eidem, quasi contra Territorii maturam; quæ est, quòd quælibet res suo Dominoutilis sit, ex jure libertatis ob id ei haud serviens. *l. 26. ff. de S. P. V. l. 10. ff. comm. præd.* sed suâ libertate gaudens: competit, servitutis quasi jure; & secundum hujus jura, non libertatis, æstimandum venit.

LXXXIV.

Applicatio dictorum ad Condominium.

Ex his & similibus juribus composita est, ut ita loquar, Territorialis Superioritas: quæ, si uno plures in aliquo Territorio simul & pro indiviso eand. exercuerunt, ex actibus istis Condominii Territorialis, certè possessionis Territorii cum hâc Superioritate, solet desumi argumentum. Ut si Homagium, die Erbhuldigung ipsis præstitum. Omnibus enim simul, uno & eodem actu, tanquam unico, pro indiviso præstandum. Jul. Clarus. §. *Feudum q. 49. num. 1.* Herm. Vult. *1. F. 7. num. 94.* quos allegat G. Ritter. *de Homag. Subj. c. 4. num. 85.* nisi unus ex conventione vel consuetudine, nomine tamen communi, illud recipiat. Necnon si apposuerunt in locis publicis, & usi sunt in aliis, ad Superioritatis exercitium spectantibus, eodem insigni & sigillo. Quò facit exemplum Vicariorum Imperii tempore Inter-Regni, de quo ita Lundorp. *in Act publ. t. 2 l. 2. num. 90.* ap. Speid. *Spec. lit. V. num. 100.* Daß beede *Vicarii* nach Absterben Kaysers Rudolphi, sich eines gemeinen Insigels zu Justitien-Sachen am Kayserl. Cammergericht zugebrauchen ꝛc. Et quæ alia, per actus elicitos manifestata ab ipsis, ut Condominis: Quorsum pertinet, & si pro ipsorum Condominorum salute publicæ é suggestu preces fusæ. e. gr. Laß dir auch in deinen Göttlichē Schutz befohlen seyn/absonderlich Herren N. N Fürsten/ (Grafen) zu N. unsere gnädigen Landes-Herren. Dn. H. B. Roth. *in Disp. de pot. Dom. Terr. c 2. m 2. §. 7.* notanter tamen adjicienda sunt verba ex instr. Pac. *art. 5. § 18* quæ hæc: *In mixtis verò ex utraque religione, seu Episcopatibus, seu aliis locis immediatis precibus primariis præsentatus non gaudeat, nisi beneficium vacans Religionis consors possederit.*

CAPUT

CAPUT VII.

FORMALEM INDAGANS RATIONEM.

I.

Formalis Condominii hujus Territorialis ratio consistit in eo, ut illi uno plures Condomini in uno eodemque numero Territorio tali habeant jus ejusmodi, quo id ipsum, eodem habendi modo, proprium ipsorum est, pro partibus indivisis. *Condominii hujus* Formalis ratio.

II.

Ex quo apparet, ad hanc rationem requiri sequentia. Nempe; ut I. Territorium tale eorum sit *Proprium*, adeoque ut jus habeant in ipsam Territorii talis substantiam, quo mediante illa ipsa, cum omnibus eidem adhærentibus juribus, arg. *l. 31. §. 1. ff. de A. R. D.* uno pluribus approprietur, ut Territorium illud ipsorum dicatur, nec ad alios pertineat, eodem habendi modo. Omninò enim causam Dominii admittit Territorium, per text. *in l. 239. §. 8. ff. de V. S.* ut ex Zas: & Tiber. Decian. ibid. notavit Cœdd. *num. 2.* Pleni Dominii ratione hoc jam fit, ita scil. ut patrimoniale sit Territorium, ut vocat in oppositione Dn. Hugo *in d. Diss.* alii allodiale appellant: Pacif. Osnabr. *art. 5. n. 10. §. 27.* Dn. Myler. *de Princip. Nomolog. cap. 14. §. 8.* an verò utilis, & feudi lege ad plures uno pertineat, nihil refert: quantum ad loquendi usum in praxi receptum. Hi ipsi enim certo respectu directi Condomini appellari possunt, & plenum habere Dominium. *Ejus Requisita 1. ut Territorium tale sit* Proprium.

III.

Removetur E. hinc Communio, quæ circa Territorium intercedit (1.) Inter *Concedentem & Accipientem* Territorium; i.e. Supremitatem & Superioritatem. Nam concurrentia non facit communionem. vid. Brunnem. *Cons. 122. num. 12.* Ergo etiam nulla asserenda inter Dominium Imperatoris atque Imperii Directum, & Domini cujusdam Territorii utile, vel alia ratione dependens; Imperator quidpe in universo Imperio, & sic singulis ejus Territoriis, de jure manet Dominus directus & Summus, talis ab omnibus agnoscendus & habendus: Sed in particularibus provinciis & Regionibus Principes & Domini *Removetur hinc Communio inter 1. Territorium* Concedentem *&* Accipientem.

illo inferiores, juxta superiùs allata, quasi Imperatores in suis existunt Territoriis, ut etiam atque etiam Domini directi in particulari & potentius Superioritatis Dominium in exercitio præ Supremo Domino directo habere dicantur, juxta Jasonem ap. Alb. Brunum. *cons. 8. num. 52.* Ziegl. §. *Nobiles, concl. 1 num. 15.* ubi *n. seq. 8.* adjicit limitationes; Superior enim licet sit Dominus totius Imperii, in quantum verò is Principes, Comites, Nobiles &c. in certis ditionibus cum omnimoda jurisdictione Territoriali, e. gr. investivit, suo jure & jurisdictione ampliùs in illis non utitur, ut, nisi singularis consuetudo sit contraria, vel in ipsa concessione sub reservationis & Supremitatis nomine quid exceptum fuerit, omne jurisdictionis ipsius exercitium cesset atque vacillet; quia pòst concessionem semper subesse creditur præjudicium Superioritatis Territorialis. D. Mev. *p. 8. dec. 83. num. 8. 9.* Ziegler §. *Civitas. num. 7.* P. A. de Petra. *c 4 num. 38.* Omnia tamen hæc ita, ut Imperatori maneat in singulis sua Supremitas nulli communicata, nec communicabilis: respectu cujus, Condomini Territoriorum accumulativè jurisdictionem suam, non privativè, habere dicuntur. Ex quo est, quòd Imperator in toto Imperio soleat quorumlibet Principum subditos immediatè citare; ut hoc eleganter explicat M. Pist. *p. 2. q. 53. num. 3.*

IV.

2. Ejus Dominum & Usufructuarium.

(2.) Inter Territorii *Dominum & ejus Usufructuarium*, Quamvis enim hic ipse Dominus etiam dici queat usufructûs Territorio inhærentis, non tamen est Territorii ipsius Dominus, atque sic ambo non Condomini.

V.

3. Usufructuarios.

(3.) Tantò magis inter uno plures ejusdem Territorii *Usufructuarios*, quos quippe constat, in ipsam Territorii substantiam aliud jus non habere, quàm ut id utilitatem ipsis præbeat, non verò ut proprium ipsorum sit. Condomini ergo Territoriales neutiquam dicendi.

VI.

4. Dominum & in eo nonnulla Regalia habentes.

(4.) Inter Territorii *Dominum, & alios, regalia nonnulla in eo, vel solitariè quæsita,* vel cum ipso ejus Domino communia

munia *habentes.* Nam, ut sæpiùs hactenus dictum, licet jura hæc sint Territorii, quibus cum cæteris, ad Territorialem Superioritatem pertinentibus, Territorium quasi animatur, ut per ea terreant, quibuscunque ad ejus Societatis Civilis interitum vel damnum quid moliri animus est; Non tamen de necessitate est, ut subjectivè omnia sint penes ipsum Territorii Dominum aut Condominos, sed possunt nonnulla, ut regale Vectigalis, Viarum, juris Venandi der Wildbahn/ item der Forstlichen Obrigkeit und Forstrechts/ Imperii Meri, der Fraißlich- und Centbar-keit; uti in Germania hoc frequentissimum esse, observavit Rosenthal. *de feud. c. 6. concl. 85. num. 10.* &c. esse penes confinium Territoriorum Dominos, unum penes unum, aliud penes alium, Hieron. de Monte *tr. de fin. reg. cap. 78. num. 14.* ne latum quidem unguem de hoc Territorio, & sic de Territoriali jure reliquo, der Lands-Hohen Obrigkeit/ participantes. Casp. Leipold. *d. l.* Licet, populariter loquendo, interdum commune inter hos dicatur Territorium. Confer. Rosenthal. *l. cit.* ubi addit in fin. quòd criminalem jurisdictionem habens, non vindicet sibi jura Superioritatis, aliaque, sed civilem habens, die Vogteyliche Obrigkeit. add. Knichen. *d. tr. de Subl. Terr. Jur. cap. 4. n. 11. & seqq.*

VII.

Dixi *nonnulla*; non verò omnia. Quamvis enim Hier. de Monte *d. tr. cap. 11. n. 14.* sec. Parid. de Put. non inconveniens esse scribat; quòd unus habeat jurisdictionem in uno Territorio, & alter proprietatem; Non tamen dubito, quin vel de jurisdictione simplici loquatur, vel si intelligendus de universali Territoriali, Territorium ibidem non in nostro sensu accipiendum sit. Nam qui Territorium habet, sine Territoriali, sine terrendi jure, is habet illud ipsum, non quà Territorium, sed quà universitatem agrorum terrendi jure, quantum ad ipsum, destitutam: non sub nomine Territorii, sed alio quocunque, proprietatem meram cum facultatibus, in dominio virtualiter comprehensis, sed excluso terrendi jure, indicante. Quare nec de his enarratis Condominium Territoriale prædicari potest. Licet si plures de uno regali in alieno participent, Condomini hujus juris forsan appellari queant: minùs rectè tamen appellabuntur Condomini Territoriales.

An hoc Territorium possit quis habere quoad nudam Proprietatem?

VIII.

5. *Ejus* Dominum & singulos Subditos. (5.) Inter *Territorii Dominum*, & *singulos Territorii Subditos*, quoad horundem singulorum in eo bona. Etenim Dominus Territorii jus tale habet in Universitate Territorii, non in singulis subditorum rebus: Et licet quoad has quoque dominium habeat, non tamen illud habet aut exercet jure ordinario. *arg.* §. *fin. J. de his, qui sui vel al. jur.* sed eo, quod, uti pluribus *in d. disp. de Condom. th. 32.* demonstratum, & B. Dn. H. Conring. *in diss. Ann. 1677. hab. de Domin. Emin. th. 46 47. & per tot.* intra limites necessitatis & utilitatis publicæ restrictum est, dum jure tunc illud exercere incipit: vel quando Domini Subditi rebus suis abutuntur, ita ut etiam salus publica inde sentiat decrementum, juxta Brunnem. *ad L. 21. C mand.* vel cùm Princeps in usum Reipubl., qui suprema lex, interveniente necessitatis casu, & ipsa imperandi ratione, ex omni jure ita suadente, rebus subditorum indiget. Gail. *l. 2. O. 56 n. 1.* Id quòd alii tribuunt Principis Dominio in res subditorum, alii Imperio: Quare Principem administratio. is, protectionis & jurisdictionis ratione Dominum esse totius Territorii, ad quem omnes respiciant, prodit Berlich *p. 1. concl. 76. n. 11.* Verùm in hoc casu publici boni causa, dum auferendo exercetur hæc potestas, compensationem faciendam statuit cum pluribus Dn. Brunnem. *ad l. 9. C. d. op. publ num. 2. & 3.* scilicet ab omnibus Civibus, in quorum hoc cedit salutem, pro rata solvendam, adeò, ut, si Cives nimis exhausti, Principibus ex suo ærario ipsum incumbat. arg. *l. 5. § 2. C de nec. serv.* J. O. Tabor. *de jur. Eccl. p. 3. f 3. n. 14.* J. Lips. *4. Polit. 8. num. 23. & 26.* quamvis licitè nonnunquam omittatur. v. P. Gudelin. *de jur. Pac. c. 7.*

IX.

IX. *Ut sit proprium pro* Partibus indivisis. II. Ad Formalem rationem ulterius requiritur, ut proprium sit uno plurium Territorium pro *partibus indivisis*. Etenim id fieri non potest, ut unius ejusdemque rei dominium sit penes duo vel plures in solidum, eodem respectu & habendi modo. per *l. 5 § 15 ff commod.* & latè examinata *in disp. de Condom § 9.* Add. Jul. à Beyma *ad l. 3. §. Ex contrario. ff. de A. A. P. n. m. 349.* Gr. Biccius *add. l. p. 15. 19. & seqq.* Nic. Noal. *de transmiss. cas. 11. n 4.* G. A.

G.A. Enenkel. L.B. de Hoheneck. *de Privil. p.3. c.3. n.7.* & *Pr.14. p.1. c.10. n.29.* B.J. Harpprecht. *ad pr. I. de usuc. n.278.* P.A. de Petra *de potest. Princ. &c. d.c.18.* D. Mev. *p.1. dec.142. n.3.* & ne duæ Superioritates in eodem statuantur Territorio: quod foret absonum. Natta *cons. 636. n.170.* Stamler. *Coll. contr. d.12. n. 11.* De necessitate ergo est, ut ad singulos pro partibus Territoriorum tale pertineat, sed indivisis; adeoque inter se adhuc ita connexis, ut nullius pars sensu aliquo corporeo demonstrari queat, sed intellectu saltem hucusque percipiantur. *l.94. ff. de solut. l 25. ad f. ff de V.S. l.8. l. 29. ff. de A.R.D. l.8. ff. de R.V. l.37. de re jud.* Add. Bocer. *de jurisd. c.8. n.42. ad 49.* Os. Aurel. *dispunct.16.* Cùm quilibet Condominorum Territorialium, ut in toto Territorio, sic & in qualibet ejus, etiam minimâ, toti tamen analoga, parte, Dominium Territoriale cum cæteris habeat, terrendi potestate in omnes & singulos diffusa. Hæ partes intellectuales solent appellari, in oppositione ad partes corporales, quæ facta actuali divisione extant, sensibus expositæ.

X.

Sed cùm hæc potestas, quæ jurisdictio Territorialis vocari solet, sit jus, adeoque incorporale quid. *§. un. I. de reb. corp. l. 17. & ibi Dd. ff. de servit.* Quæri hinc solet: *Quomodo de ea prædicari possit, quòd penes uno plures propartibus indivisis esse queat? quòd partes recipiat indivisas? An non potiùs dicendum, quòd penes quemlibet ex Condominis sit in solidum, & ob id singulis in solidum exercitium ejus competat?* Movent quidem Doctores aliàs de jurisdictione in genere quæstionem hanc, & cum Bart., Eguin. Baron., Costal., Castrens., Ferrar., Maranta, aliisque ita eam indivisibilem statuunt, & in se & in exercitio, ut singulis utroque respectu in solidum competere dicant. Hancque sententiam tanquam veriorem & communiorem cum Panormit. vindicat Bocer. *d. tr. c.8. num.3.* Verùm dum Idem Bocer. *in fin. d. num.43.* subjicit opinionem hanc de jure veriorem esse, subinnuit, non de Territoriali nostrâ, Juri Rom. incognitâ, sermonem ipsi esse. Cùmque etiam *in fin. n. 49.* jurisdictionem comparat servituti reali, dictamque *l. 17. ff. de Servit.* cum *d. l. 5. §. f ff commod.* ita conciliat, quòd hæc, unius & ejusdem rei Dominium plurium in solidum esse

Quomodo Iurisdictio Territorialis penes plures pro partibus indivisis esse queat?

posse negans, de rei corporalis Dominio, non verò cujusque juris & servitutis quasi Dominio intelligenda, loquitur dubio procul de jurisdictione, quæ se servitutis instar habet, in alieno scil. Territorio quæsita. (benè an malè verò id faciat, relinquimus nunc in suo loco.) nos autem de eâ hic agimus jurisdictione, quæ est in proprios subditos & in proprio Territorio, adeoque Dominii jure quæ competit, & sic Libertatis, non servitutis. Uti verò Dominium, & sic Condominium Territorii, jus est dividuum, nec penes plures esse potest in solidum; Sic & eidem cohærens jurisdictio hæc; Jacob. de S. Georg. *tr. de feud. §. dubitatur etiam. num. 3. vers. aut jurisdictio inhæret Territorio.* Sed uti illud apud quemlibet ex pluribus Dominis est pro parte, ita & jurisdictio; apud omnes autem conjunctim. Ut propterea nobis rectè omninò sentire videatur cum Jacob. de S. Georg. *tr. de Roydis seu operis. num. 10. vers. sed pone.* M. Pistor. *p. 2. quæst. 86. num. 4. & seqq.* provocans *d. num. 4.* ad ipsam experientiam, ab ipsis Doctoribus, in contraria qui sunt, agnitam, quòd nulli Condominorum in solidum competat jurisdictio, ut suo nomine solus eandem exercere possit, sed quòd judicia simul exerceant, vel communi nomine, Daß sie die Gericht zugleich bestellen. Illud certum est, quòd etiamsi cuilibet in solidum competeret, non tamen sine cœteris exercere posset in solidum, quia præjudicium ipsis fieret quoad honorem: quia judicare, imperare honor est. *l. fin. C. quand. prov. non est nec. c. ut debitus honor. 59. X. de appellat.* quem sibi soli, contemtis cæteris, hac ratione arrogaret; ut sic complexivè Ipsis eam competere dicendum sit cum Jac. de St. Georg. *d. tr. de feud. num. 2.* Et à subditis omnibus parili modo pro Superioribus & Condominis sint recognoscendi, atque ad eos conjunctim, tanquam ultimum centrum, ab iis recurrendum.

XI.

Æquales, an non, sint, *nil refert.* Dicimus: *pro partibus indivisis:* Æquales hæ sint, an inæquales, quantum ad hoc, nihil refert; singuli nihilominus sunt Condomini, & singulis ob id Condominii exercitium permissum est, non minùs ei, qui minorem, quàm qui majorem, partem pro indiviso habet. Quanta autem pars cuiq; competat, hoc ex modis acquirendi colligendum est. Quòd si verò non appareat, quibus

bus ex partibus ab initio Condominium factum, tunc tale censetur pro partibus æqualibus. arg. *l. 43. ff de usufr.* & eorum, quæ habet Munoz de Escobar. *de rat. adm. & comp. comp. 7. n. 5.* I. B. Costa. *de quot. & rat. q. 159. n. 4.* ac pro indiviso. *l. 2. §. 1. ff. de V. O. l. 26. §. 2. ff. de Leg. 1. l. 94. §. 1. ff. de solut. & liber* Strauch. *de Imp. Mar. c. 1. th. 8.* M. Pistor. *p. 2. q. 86.*

XII.

Ob defectum Ergo hujus requisiti, etsi I. inter eos, qui *Territorium diviserunt*, communio quædam circa id intercedat, non tamen ampliùs Condomini erunt dicendi. Territorium cum sua jurisdictione ita dividi posse, & experientia ostendit & docent Dd. Jac. de S. Georg. *d. l. n. 3.* Hier. de Monte *d. tr. de fin. reg. c. 11. num. 9.* & in consequentiam Territorii subjecti jurisdictionem dividi, cum Bologneto, Socino, P. A. de Petra, tradit Tob. Paurmeist. *de jurisd. Imp. Rom. lib. 1. cap. 31. n. 12.* Sed facta divisione reali partes illæ non ampliùs propriè unius partes sunt, sed quælibet totum & separatum à cæteris constituit. vid. *l. 6. §. 1. ff. comm. prad. l. 25. § 1 ff de V. S.* ubi Gœdd. & Dd. communiter. Direptâ enim per divisionem communione, ut diripi per eam dicitur *in l. pen. C. comm. div.* non potest non Condominium desinere. Nam cùm Communionem inter aliquos esse dicimus, partes indivisas eos habere intelligimus, inquit Duar. *in comm in tit. de leg. Fald. cap. 3.* Conf. *d. disp. de Condom. th. 10.* Quare ut quilibet partis sibi de Territoriorio assignatæ solitarius est Dominus, sic & jurisdictionis ipsi cohærentis, (inhæret enim toti Territorio) jus habet solitarium. Quod & ipsum Bartolum fateri, refert Mod. Pistor. *d. p. 2. quæst. 86. n. 13.* quilibet propterea in sua parte pro suo agit arbitrio. cum Luc. de Penna & Boerio Ant. Faber. *in Cod. lib. 3. tit. 26. def. ult. n. 1.* Carol. Molin. *in Consuet. Paris. §. 16. gloss. un. n. 24.*

Removetur hinc Condominium Territorii 1. Divis.

XIII.

Etsi 2, duo concurrant in eodem Territorio, terminis suis generalibus circumscripto, ac Territorialibus juribus munito, atq; de eo participent, ita tamen, ut alter generaliter totius quidem sit Dominus, alter verò ex eo districtum habeat à Superioritate Domini totius Territorii exemtum, propriis suis limitibus & finibus designatum, quia tamen neuter in alterius Territorio concur-

2. Generalis & Specialis.

cur-

currit pro parte indivisâ, sed quilibet suum solitario tenet jure, alter quidem in Territorio alterius Territorium habere fertur, nec inde tamen id est de ipsius Territorio, nedum ut Condominium inter eos intercedere dici queat, ut alibi jamjam ostensum. arg. eorum, quæ tradit Brunnem. *Cent. 5. dec. 55.* Ambo Superioritatem in toto quidem habent, verùm non in ullâ ejus parte conjunctim ambo, sed in diversis; nec pro partibus indivisis, sed quilibet in suo in solidum, cum alterius exclusione, Besold. *de jurisd. Imp. Rom. in Respons.*

XIV.

3. Verum & Fictum, *penes b. f. possessorem quod est.* Etsi porrò 3. duo circa idem Territorium in Dominio concurrant; Si tamen alter verum habet Dominium, alter verò Territorium bona fide & justo titulo possidet, ac in conditione usucapiendi versatur, cùm pro partibus nec divisis nec indivisis ad ambos pertineat, imò superveniente vero Domino & Territorium vindicante, fictio illa cesset, non erit inter eos Condominium. add. *l. 45 ff. d. A. R, D. §. 4. l. de act. l. p. ff. de publ. act.* Cùm nec etiam eodem habendi modo ad eos pertineat; siquidem alter verum, alter fictum habet Dominium.

CAPUT VIII.

FINEM GENERALEM ET SPECIALEM COMPLECTENS.

Condominii hujus

I.

Finis Generalis — Finis Condominii Territorialis *Generalis* est modo indigitatus, nempe, ut unum idemque Territorium proprium sit plurium pro partibus indivisis. *Specialis,* *Specialis* autem ab acquirentibus, aut in acquisito manentibus, intentus, varius esse potest, plerumque verò, utilitas, singularum familiarum spendor, decus, & melior conservatio. Quæ enim Territoriorũ divisio habeat incommoda, patescet ex infra de eorundem Divisione tractandis. Ita verò singulorum utilitas spectetur, ut eodem maximè etiam publica Imperii respiciatur, quæ quidpe omnes in civitate, & multò magis Condominos, obligat in conscientia, in utroq; casu, tam necessitatis, quàm utilitatis, ad publicum ut respiciant. v. Dn. Eckold. *ad tit. de l. & l. §. 18. & ad t. de muner. §. 3 it. L. 2. Cod. Theod. L 2. tit. de his, qui cond. prop. leg. lib. 12.*

II.

II.

Illa autem communio, quæ inhonesti cujusdam & delictorum causa, turpis ac fœda est. per *L. 53. l. 57. ff. pro Soc.* In quæ olim die Ganerbschlösser abusus deducere conatus est; refrænandus ob id pec. Constit. de pace publica Augustæ promulgata *Anno 1500. art. 9.* wider der Ganerben Schloß. Item in der Ordnung deß Landfriedens zu Wormbs. *Anno 1521. art. 12 sub. ead. rubr.* item, im Käyserl. Landfrieden zu Augspurg *de Ann. 1548. art. 20. sub ead.* Kylling. *d. tr. de Ganerb. disc. 5. tit. 7. & seqq.* Hactenus de Condominio Territoriali ex caussis suis constituendo. Inhonestus rejicitur. Hactenus de Condominio Territorii ut Constituendo.

CAPUT IX.
CONSENTANEA IN EFFECTIBUS ET PROBATIONE CONSIDERANS.

I.

Consideramus id nunc ut ex illis *Constitutum.* Et ita quidem tum ex *Consentaneis*, consistentibus in *Effectibus & Probatione*; tum verò ex *Dissentaneis*, seu caussis, Condominium hoc destruentibus. Omnia hæc, licet materia Juris Publici sit, ex Imperii Rom. Germ. Sanctionibus, & usu maximè, qui ei cynosuram præprimis suggerit, Knich. *d. tr. de subl. terr. jur. c. 4. n. 21.* Casp. Leipold. *d. l. de cons. jurisd. quæst. 12. in fin.* eruenda, ex Juris Civilis privati, quod in subsidium vocandum, latifundiis nihilominus examinanda quoq; sunt, & quæstiones ex iis decidendæ, secundum communionum regulas: uti Dnn. Antecessores Inclutæ hic loci Facultatis Jurid. in casu, quo unus ex Ganerbiis castri cujusdam partem suam contra conventionem Principi alicui in feudum offerre tentaverat, responderunt ap. Besold. *p. 2. cons. 49 num. 2.* & Juris Civilis privati usum & authoritatem in controversiis materiarum Juris Publici, & hac ipsa quidem Territorialis Dominii, prudenter commendat Dn. Hugo *in disp. Inaug. de Stat. Region. German. cap. 6. th. 36.* Nunc ut Constitutū. Ita quidem ex Consentaneis.

II.

Effectus verò Condominii Territorialis in *genere* fluunt ex ejus essentia tum *Genericâ*, tum, & maximè, *Specificâ*. Ex I. Effectibus ex Forma & Generica

illa quidem præſumtio Generalis in omnes Territorii illius res & perſonas, quòd Condominorum Territorialium intentio quoad imperium & jurisdictionem in eas fundata ſit. Beſold. *de Jurisd. Imp. Rom.* §. 18. Quia enim Territorium & univerſitas agrorum, ejusm. jure ac poteſtate terrendi munita. *d. l. 239.* §. 8. *ff de V. S.* ſcil. tum exteriùs hoſtes, tum interiùs ad facinora propendentes, & contumaces. Gœdd. *ad d. l.* idcircò quicquid intra ſepta ejus continetur, in dubio pars ejus cenſetur, usque dum contrarium probetur, & exemtio. Sed & quisquis in Territorio ita communi domicilium habet, aut in id aliunde transfert, hoc ipſo ſubditus Condominorum eſt communis; ein gemeinſchafftlicher Underthan. Hæc enim vera cauſa eſt, quæ ſubditum propriè facit. Reink. *de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. cap. 3. n. 3.* Roſenthal. *de feud. c. 6. concl. 85. n. 9* Et in omnes, in Territorio domicilium habentes, præſumtio eſt hujusmodi ſubjectionis. idem Reink. *d. l. n. 19.* Dn. Parens m. *in diſp. de Domicil. Vol. 2. Diſp. 6. th. 5. n. 169.* ubi tamen ſubjicit *n. ſeq.* quòd nonnulli limitent in Principibus & Statibus Imperii, in alicujus Territorio domicilium conſtituentibus, ob perſonarum Celſitudinem, adducens C. Zieglerum *in Com. concl. ad Aur. Prax. Nic. Calv. §. Landſaſſii. n. 24. & ſeqq.* multos allegantem: verùm hanc limitationem multos habere contradictores. Fluit & exinde reverentia ac obſequium à ſubditis ex æquo Condominis præſtandum: Ex quo etiam argumentum deſumitur ſubjectionis Condominialis, ſi qui Condomini fuerunt vocati à ſubditis, & ut tales honorati. arg. eorum, quæ habet Reink. *d. tr. l. 1. cl. 5. c. 4. n. pen.*

III.

Et Specifica maximè in ſtatu I. Tranquillo. Et hoc quidem Circa

Quantùm verò ad *Specificam* maximè eſſentiam Condominii Territorialis, effectus ex eo reſultans conſiſtit potiſſimùm in ejus *Exercitio.* quod examinabimus, prout illud ſe exerit in Statu tum *Tranquillo*, tum *Turbato*. Et quoad *illum*, quatenus verſatur tum circa *Partem ipſam*, tum circa Partis cum cæterorum *adminiſtrationem* per jurisdictionem & imperium.

IV.

I. Partem ipſam

Quantùm ergo ad Effectus quoad *Partem ipſam in ſe*, quam quilibet Condominus pro indiviſo in Territorio habet, effi-

efficit hoc Condominium, quòd Territorium nec verè nec propriè unius dici queat. Nullus dicere potest: hoc Territorium meum est. Meum enim, Tuum, Suum, in dubio pro toto sumitur. *d. l. 239. §. 7. ff. de V.S.* & propriè meum non est, quod etiam alterius est. *l. 46. de R.N. l. 27. ff. de A.R.D.* Vid. Dietherr. *lit. M. n. 47.* Rectè tamen illud *singulorum* dicitur, in significatione impropriâ, fictâ, & respectu partis pro indiviso, uni ex Condominis competentis. *L. 5. §. 1. 2. ff. de Leg. 1. L. 2. ff. de cond. & dem. l. 1. C. qui test. fac. poss.* arg. eorum, quæ ponit Joh. Harppreht. *ad §. 3 J. de servit. n. 9.* non aliter, atque res hereditariæ ante divisionem considerari solent. Vid. Brunnem. *ad l. 1. C. de com. rer. al. n. 2.* Mev. *p. 8. dec. 181. num. 9.* Ludowif. *Decis. 548. n. 10.* Carpan. Stat. *V. 1. C. 312. n. 13. C. 417. n. 67. C. 434. n. 18.* Ziegler. *d. §. Landsassii. n. 70.* Mod. Pist. *p. 2. q. 36. n. 4. & seqq.* — *Et tunc dicitur singulorum esse.*

V.

Interim quia pars illa pro indiviso verè cujuslibet Condomini est, virtus hujus juris se exercere potest, *Alienando* eandem liberè, Condominorum consensu non requisito. arg. rescripti Diocletiani *in l. 3. 4. C. de com. rer. al.* Vid. Jul. à Beyma *ad tit. si com. res pign. dat. p. m. 185.* Etenim cùm in parte tali, pro indiviso licet, nullus Condominorum concurrat, sed cuilibet ea solitariè competat, alienando nihil decedit portionibus reliquorum Condominorum. dd. Dnn. Antecess. in inclyta Tubing. Facult. Jurid. ap. Besold. *p. 2. cons. 49. n. 6.* Quod adeò verum est, ut 1. Procedat in qualibet alienationis specie, sive per ult. voluntatem. arg. *l. 1. C. qui test. fac. poss.* ubi Pac. *n. 10. d. l. 5. §. 1. ff. de Leg. 1.* sive inter vivos, vendendo. Siquidem juxta consuetudinem & jurisdictio vendi potest. M. Steph. *de jurisd. lib. 1. cap. 38. num. 39.* nedum Territorium eam annexam habens. Kylling. *d. tr. disc. 8. n. 111.* De Sesse *decis. 79. n. 44 & seqq.* Oppignorando. *l. un. C. si Comm. res pign. dat. ibi* Jul. Beyma. *l 2. com. div. l. 7. C. com. utr. jud.* 2. Etiam in extraneum, qui sc. Condominus non est, non prohibita sit alienatio. *arg. l. dudum. 14. C. de contr. emt. d. l. 3. C. de com. rer. al.* Killing. *d. l. n. 109.* provocans ad mores nostros. Cùm tamen aliàs ex æquitate & statutis locorum jus protimiseos introductum sit, referente ex citatis ibid. Brunnemanno, Æquitas ista tantò magis hîc locum videtur

Consistens in Alienando partem — *Ampliat. 1.* — *2.*

tur invenire, quantò plùs incommodi secum plerumque fert Territoriorum Condominium, de quo Besold. *in Thes. Pract. voc.* zweyherrige Herrschafft. *vers. communio.* Add. Mev. *p. 7. dec. 44. n. 6.* Richter. *p. 2. dec. 76. n. 75.* Dn. Struv. *S. I. C. Ex. 23. n. 54. S. I. F. c. 13. a. 21. n. 22.* Carpz. *I. F. p. 2. c. 31. def. 5.* Giurba. *dec. 52. Neap. de jurisd. c. 16.*

3. 3. Ut nec subditorum consensus ad hoc requiratur. *Nam in Germania notissima consuetudine inter Nobiles & Status introductum est, ut subditos suos, etiam invitos, unà cum Territorio distrahant, inque alium transferant, prout lubet;* Sunt verba dd. Dnn. Antecess. *d. l. n. 13.* quod tamen cum temperamento accipiendum monet P. Heig. *p. 2. quaest. 19. n. 7. & seqq.*

VI.

Limitat. 1. Verùm, Condominum Partem suam alienare posse I. accipiendum de Territoriis Allodialibus, non Feudali, sed proprio, jure competentibus. Kylling. *d. tr. disc. 8. n. 109.* ubi porrò *n. 111.* addit, quòd Territorio communi pro indiviso possesso, unà cum ipso Territorio jurisdictio tanquam accessorium alienabitur, per vulgatum axioma: quòd accessorium sequatur suum principale. *c. accessorium. de R. I. in 6.* qualia omnia in dubio esse censentur, ut defendit Rosenthal. *d. tr. de feud. cap. 12. concl. 14. n. 15. & seq.* & cum eo dd. Dnn. Antecess. ap. Besold. *d. consil. 49. n. 133.* In Feudum enim si recognoscuntur, Consuetudinum & juris feudalis dispositio erit observanda. Brunnem. *cons. 1. n. 130. & seqq.* Singuli autem Condomini tunc sunt Vasalli, qui ex æquo fidelitatem debent, in solidum singuli. Rosenth. *d. tr. cap. 6. concl. 36. n. 1. & seqq.* Quemadmodum & alias singulis directis Condominis Vasallus debet, adeò ut unius ex illis neglecto consensu feudum pro ejus parte amittatur, arg. *2. F. 38. vers. & ideò privetur feudo quoad illam portionem.* Dn. Struv. *S. I. F. cap. 13. a. 9. n. 8.* cum Rosenth. *d. tr. c. 9. concl. 30. n. 1. & pluribus ab eo alleg.*

2. 2. Limitant, quoad alienationem, quæ fit in potentiorem. arg. *t. t. C. ne lic. pot. patr. lit. praest. & t. t. C. de al. jud. mut. caus.* dd. Dnn. Antecess. *d. l. num. 92.* Zoret. *p. 1. q. 12. num. 1052.*

3. 3. Item quoad eam, quæ fit in Condomini æmulationem. Berlich. *1. decis. 132. n. 7.*

VII.

VII.

Porrò si in Territorio castrum est commune, ad habitationis usum destinatum, inhabitare id quilibet Condominorum potest, etiam contradicentibus cæteris; nec pensionem non habitanti Condomino præstabit. Glossa *in l. Sabinus. verbo: constat. in fin. ff. com. div. arg. l. 16. §. 1. ff. de V. S.* Rationes dat Gail. *de pignor. obs. 20. num. 10.* ubi citat Bald. & Jasonem dicentem, hanc decisionem benè notandam, quia quotidiana sit. Sunt illæ seqq., np. quòd talis utatur re comuni ad usum destinatum: & quòd usus dividi non possit, nisi dividatur domus. Habitando.

VIII.

Quantum nunc ad *Partis* Territorii cum Condominorum partibus *Administrationem*; in *Genere* tenendum est, quòd, cum hæc ipsa fiat maximè per imperium & jurisdictionem, quæ tota in toto Territorio, & tota in qualibet ejus parte, atque in quemlibet subditum tota exerceri potest. Kylling. *d. l. n. 77.* unus Condominorum sine altero, durante Condominio, nihil facere queat, sed concordi & communi suffragio, Peguerra, *quæst. Crim. 10. n. 1.* (uti olim inter Gall. & Hispan. Reges in Regno Neapolitano usitatum. Besold. *de Imp. Or. &c. c. 33. n. 46*) in omnibus versantur, actûsque omnis validitas in unanimi consensu consistat; nec unus duorum aut plurium vicem hîc sustineat. Uti in simili loquitur JCt. Paulus *in l. 9 pr ff. de pact.* In quo omnes in hâc materiâ convenire, & cumulativè, complexivè, copulativè, conjunctim eam penes omnes esse, penes nullum verò seorsim, etiam illos, qui aliàs jurisdictionem individuam esse, simpliciter defendunt, fateri, refert Mod. Pistor. *d. p. 2 quæst. 86. n. 4.* & quotidiana praxi ac communi experientiâ sententiam hanc suffultam esse, statuit Kylling. *d. l. n. 87.* Add. Gail. *de pignorat. d. 1. obs. 20. n. 4.* Rationem hujus jam supra dedimus ex Jacob. de S. Georg. *tr. de feud. §. dubitatur etiam. n. 2.* scil. quia imperare, jus dicere, honor est, *d. l. f. C. quand. prov. non est nec. c. ut debitus honor. X. de Appell.* quare cæteris Condominis Territorialibus, contemtis in tali administratione, non posset non fieri præjudicium, si unus ex illis in se solum derivaret Condominii hujus exercitium, in aliquo casu, dum solus fecisset id, in quo cæteri concurrere debuissent. add. Kylling. *d. l. n. 77.* Hæcque ratio

II. Partis Administrationem. *Ubi in Genere, Quòd omnium concursus ad eam requiratur*

Ratio hujus.

magis adæquata videtur eâ, quâ aliàs utuntur, quòd seorsim si liceret exercere jurisdictionem propter præventionem, & sic occupationem jurisdictionis, cæteris fieret præjudicium: quemadmodum & in ipsius jurisdictionis emolumentis, quibus Condomini privarentur. Equidem Condominii Territorialis effectus ampliores longè sunt, quàm ut tantùm jurisdictionis terminis includantur. Appositè hîc loquitur Schrader. *de feud. p. 10. sect. 4. n. 64.* quandò inquit: *Jurisdictio in solidum quibus competit, uni ex duobus pluribusvè non permittitur absque alio jurisdictionem istam exercere, quando de præjudicio, commodo vel incommodo agitur.*

IX.

De Concursûs omnium Modo. In Actibus exercitii qui per Officiales non expediuntur Sublimioribus

Cùm ergo omnium Condominorum concursus ad actuum exercitii Territorialis Condominii requiratur, de modò jam videndum est, quomodo ergo consensum declarare queant vel soleant. Certè in actibus Exercitii sublimioribus, ipsam Superioritatem proximè & eminenter tangentibus, Ministerio Officialium, per quos expedirentur, haud erit locus: quemadmodum nec in aliis, ubi Domini ipsimet concordantes eos expedire ut possunt, ita consultum ducunt. Quare si præsentes sunt omnes, consensum re vel verbis explanant. vid. Gratian. *dec. 93. num. 18.* Mindan. *Cons. Sax. l. 4. q. 4. num. 4. & q. 20. num. 6.* Cæs. de Grassis. *decis. 55. num. 5.* Pruckm. *V. 1. cons. 4. num 96. V. 2. cons. 1. num. 491.* Brunnem. *ad l. 7. ff. q. c. un. nom. n. 4.* Non rarò id faciunt per *Sensorem*, qui suo & cæterorum Condominorum nomine ea peragit: e. gr. ita promulgando: von Gottes Gnaden/ Wir Friderich/ ꝛc. für uns und die Durchleuchtige Fürsten/ unsere freundlich geliebte Brüdere / Herrn Albrecht/ ꝛc. ꝛc. fügen hiemit offentlich zu wissen. Quomodò & aliàs pluribus coexistentibus feudi Dominis uni ex generali commissione cœterorum exercitium dominii directi conceditur. ut ex Goth. Anton., Dietherr., Hartm. Hartman., Frantzk., notavit Brunnem. *Consil. 161. num. 46.*

X.

Aut aliàs si Præsentes & Concordant,

De cætero solent jurisdictionis exercitium instituere, vel *alternis vicibus & annis*, ein Jahr um das andere/ dividendo usum jurisdictionis per tempora. Gail. *de pignorat, d. obs. 20. n. 6.* ubi

ubi alleg. Bart., Alex., Dec., Felin. Vel, quia hæc Ratio multa secum fert inconvenientia, justitiæ scilic. vel retardandæ, vel præcipitandæ: vel invertendæ facilè: quæ latiùs ostendit Peguerra d. quæst. 10. & ex eo recenset verbotenus Besold. *in Th. Pract. d. v.* zwey oder dreyherrige Herrschafft. constituunt communem Procuratorem, ut mox monstrabitur. Hæc ita, si Condomini præsentes in administrationis modo concordant. Sin, ut ferè naturalis ad dissentiendum propensio esse solet. *l. 17. §. 6. ff. de recept.* discordant, & contradicunt, JCt. Ulpian. *in l. 84. §. f. ff. de leg. 1.* jubet adire judicem, nobis scil. Dominum Supremum, ut illo imminente consentiant. Vid. Pacian. *de probat. l. 2. c. 36. num. 59. & seqq.* ex Peguerra *d. l. num. 1.* Besold. *d. l.* Gail. *d. l. num. 7.* Quòd si in suscepta communi administratione unus ex illis actum fieri prohibeat, prohibentis hujus causa potior est. *per text. gener. in l. 28 ff. com. div. c. in re communi. 56. de R. I. in 6.* Add. Dd. collectos à Barbos. *Loc. voc. communio, ax. 6.* Merentur huc apponi, quæ in hanc rem adfert Gail. *de Pignorat. d. Obs. 20. num. 1. & seqq.* nempe hæc: *Si plures communem jurisdictionem in uno eodemque loco aut pago habeant, sicut in Germania ubique inter Magnates frequentissimum est,* daß eine Herrschafft zwey oder dreyherrig ist / *& unius Domini subditus eo loci, novi juris acquirendi gratia ab alio iniquè pignoretur vel capiatur, mandatum de relaxando ex Constitutione pignorationis in Camera obtineri potest. Ratio, quia pignorationis constitutio ad interdictum uti possidetis pertinet: cùm pignoratio nihil aliud sit, quàm possessionis turbatio,* ut idem Gail. *in Obs. 1. & 3. at interdictum, uti possidetis, etiam ei competit, qui pro indiviso possidet. per l. 1. § p. ff. uti possid. proinde turbatus in loco communi rectè beneficio hujus Constitutionis utitur: præterea regulariter, quod commune est, meum quoque esse intelligitur, quoad dispositionem partis meæ. l. 239. §. f. ff. de V. S. L. 5. §. 1. ff. de leg. 1. Bartol. ibid. num. 1. Jas. latissimè, num. 4. & num. 10. cum seq. idque omnium maximè in iis rebus procedit, quæ sunt communes pluribus, ut singulis, quo casu omnium consensus requiritur: quia quod ad singulos pertinet, ab omnibus debet approbari, & potior est conditio prohibentis.*

Discordant.

XI.

Et huic regulæ de jure prohibendi in communione tam strictè

strictè inhærendum judicat Brunnem., ut etiam de melioratione accipat *ad d.l. 28. num. 2. & seqq.* ubi variè limitat. Sed si publica utilitas contrarium suadeat, vel planè Condomini nihil intersit, alterque limites usus destinati non transgrediatur, tunc utitur Condominus illa re, licet prohibente altero, cumque illius gravamine fiat. Borell. *conf. 10. n. 12.* Sande. *L. 3. Dec. Fris. t. 8. d. 1.* Christinæ. *Vol 1. Dec. 210.* Schurff. *Cent. 2. conf. 8. num. 7.* Cod. Fabr. *L 3. t. 26. def. 1.* Blumbach. *de jur. Emphyt. q. 24.* Gail. *d. l num. 5.* qui omnes d. Reg. ampliando, excipiendoque satis illustrant. Ut ita absque Condomini consensu regulariter actus non sustineat & impatibile sit, unam personam duarum vice fungi, Fundatia & Gypsius *Dec. Sel. Rot. Bon. dec. 65. num. 14. & 68.* Adeò, ut nec, quod majori parti Dominorum placuit, aliis nocere possit, quorum interest ut singulorum: Ant. Faber. *d. l. num. 7.* Hæc ita, si omnes sunt præsentes.

XII.

Quid si unus & alter absens? Quòd si verò unus vel alter *absens* sit, tunc sustineri potest negotium ex præsumto consensu, & jure majoris partis, præsentium scil., cui quippe & aliàs locus est. *l. 160. §. 1. ff. de R. I.* Add. Grot. *de I. B. & P lib. 2. cap. 5. num. 17.* Sed & ex utilitate communi in tuenda, defendenda, conservanda re, in Condominio constituta. arg. *l. 6 §. fin. ff. com. div.* Quo sanè in casu nocumento esse non debet absentia unius, uti nec ejus negligentia; ob interesse Reip. Gail. *d. n. 5.* Extra hos casus, si absentis præteritio facta privandi animo, causa ad judicem, Dominum sc. supremum, deferenda foret, ob mutuæ jurisdictionis inter pares defectum. Vid. Grot. *d. tr. l. 2. c. 20. n. 1.* jung. Dn. Ziegl. *ad d. l.* item Matth. *de crim. tit. quib. mod. crim. ext. c. 5. n. 3.* Quid verò faciendum aliàs, si Condomini absentis copia non daretur, videri potest apud Carpzov. *Disp. 2. de arb. conf. circa in suec. & lat. c. 7. pos. 32. n. 87.* & *L. 5. t. 8. R. 83. n. 12.* Posse tamen consensu consequente Condominium à Condomino gesta rata habere, non videtur dubitandum ex generali textu *l. fin. C. ad Se. Maced.*

XIII.

In actibus, qui per Officiales expediri possunt. In negotiis Condominii Territorialis; quæ per alios expediri possunt, ut sunt maximè jurisdictionalia, solent commu-

nem

nem constituere Procuratorem cum Procuratorio, daß der Gevollmächtige dasjenige thun und verrichten solle/ was die *Principalen* von selbst zur stelle verrichten könten/ solten und wolten. Blumbach. *d. tr. 9. 25* idque confirmant communi subscriptione vel sigillo. Carpz. *p. 1. dec. 27.* Brunnem. *Cons. 79. num. 7.* & *Cons. 90. num. 9.* quod fidem habet publicam; & sit Commune, non recipiens τὸ meum, æque ac cætera, quæ sunt in Condominio; vel eligunt unum Judicem communem, videlicet unum Bajulum, unum Assessorem & unum Scribam, ac, si velint quosdam adhuc Ministros, qui unam omnium Condominorum nomine faciant curiam, ad justitiam in subditos æqualiter, seposito omni Dominorum respectu & partialitatis affectu administrandam, ap. Besold. *in Th. Pr. lit. Z. num. 24.* Sive tamen unus, sive plures hæc peragant, semper necessitas suadet, quia usus per annos dividendus vix videtur, ut omnes reditus, mulctæ, aliaque jurisdictionalia commoda in certum librum consignentur, Mar. Giurba. *Dec. R. Sic. Nov. dec. 19. num. 11. & dec. 94. num. 2.* exque eo cuilibet certa sua portio assignetur, v. gr. Si Condomini sunt ex æqualibus partibus, & eorum 3, quisque trientem, si 4, quilibet quadrantem accipiat. Sin ex *inæqualibus*, pro rata singuli; uti tradunt, Capicius *Dec. Neap. 27. num. 16.* Covarruv. *l. 2. pr. quæst. c. 40. num. 1. 2.* Boer *decis. 5. num. 26.* Qualis administrandi modus, si semel placuit, quatenus placuit, uni vel alteri ampliùs displicere non debet. per vulgat.

XIV.

Non rarò autem fit, uti dictum, ut Condomini haud concordent in exercitio hujus Condominii, quo in casu Superior partes interponit, ut cum Felino notat Gail. *d. tr. de Pignor. obs. 20. num. 9.* Subditorum cogendi partes aliques hic esse adstruere videntur Besold. *in loc. cit.* & Speidel. *Spec. lit. G. num. 62. p. 462.* Verùm si, ut honesta, civili, obsequiosa ratione Condominos disponant ad concordiam, aut Superioris tandem implorent auxilium, ubi commune publicumque bonum periclitatur, intelligunt, cum iisdem id ipsum asserere haud dubitamus. Addendum generalibus hisce ex eod. Besold. *d. l.* Daß in denen Dörffern/ da unterschiedliche von Adel wohnen/ und die *jurisdictio* gemein ist/ dannoch *ad evitandam confusionem & rixas* | Discordantibus Condominis, quæ Subditorum partes?

 in eines

in eines jeden Schloß/ und dessen umfang/alle Hohe und Nieder-Gerichtliche Obrigkeit/ auch was deroselben anhängig/ einem jeden *possessori in solidum* gelassen/ also daß er solche gantz und gar/ ohne Eintrag deß andern/ haben und *exercieren* möge.

XV.

In Specie quod se exerat per actus Politicos.

Ad *Specialia*, ex Authoribus maximè notata, exempla, huc spectantia, deveniamus; occurentia circa Condominii Territorialis actus tum *Politicos*, tum *Religiosos*: in quo duplici genere omnis ejus effectus significatur, juxta Speidelium.

XVI.

Quid de Iure suffragii in Comit.?

Certè, si cui Condominio Territoriali jus *Suffragii ferendi* in Comitiis Imperii annexum est, id ipsum communi nomine fieri debet & solet. Ita Hennebergicum Anno 1654. datum esse, apparet ex subscriptione Recessûs d. anni. ibi: Deß gesamten Chur- und Fürstl. Hauses Sachsen wegen der Gefürsten Graffschafft Henneberg. Quanquam Territorio diviso votum Comitiale etiam commune potest manere. Cujus inter alia exemplum suppeditat Recessus zwischen denen Fürstl. Häusern Gotha und Weinmar wegen der Altenburgis *Succession* Anno 1672. ibi: Nachdeme auch bißanhero wir allerseits auff Reichs- und Crayß-tägen wegen deß Fürstenthumbs Eysenach/ dessen Aemter wir Hertzog Ernst in hiebevorigen Theilungen zur Helffte erlangt/ ein Fürstlich votum miteinander zu commun geführt.

XVII.

Exerit se Jurisdictio haec erga Alios. Mulctando.

Pariter jurisdictio ab iis communiter *erga Alios* ita exercetur, ut lucra jurisdictionalia æqualiter inter eos dividenda sint, vel quantitativè si æquales habeant partes, vel quotitativè, si inæquales. Qua de re, si nempe hereditas ad filios alicujus complexivè venit jurisdictio, *an unus sine alio mulctare possit?* quærit Jacob. de S. Georgio *d. tr. de feud. c. dubitatur etiam. per tot.* Hic verò jam quæstio movetur: *Si propter injuriam, ab aliquo illatam, uni saltem ex Condominis specialem, pœna imponenda pecuniaria, an & hæc sit dividenda? An vero ad læsum tantùm pertineat?* & credit Speidel. *loc. cit.* ad offensum in ultionem injuriæ in totum pertinere: Qui ipse si de Civili injuriarum actione hoc intellectum vult, non nos habebit dissentientes; quantum

Quæst.

verò

verò ad Criminalem, vix aliquam rationem suppeditari posse arbitramur, quâ id persuaderi queat; pecuniariæ namque pœnæ Fisci sunt emolumentum, præscindendo à causâ & occasione, unde in eum venerit, dividendum pòst inter Condominos, ea ratione, quâ de paulò ante. add. Cod. Fabr. *L.3.t.26. def.5.*

XVIII.

Dico erga alios. Annon ergo Condomini Territoriales *erga Seipsos?* seu: *Si unus ex his Condominus deliquit, annon Caeteris in eum hujus facti nomine competit jurisdictio?* Respondendum cum aliis putamus, quòd, cùm ratione hujus Territorii Condomini parem planè & æqualem habeant invicem respectum, etsi unus ex illis majoris sit dignitatis, omnis inter eos erga se invicem cesset jurisdictio. Si enim pater Nobilis jurisdictione in liberos destituitur, quia ipsi ob spem successionis quodammodo pares & Domini, *l. 11. ff. de lib posth.* Carpz. *p. 4. c. 43. d. 11. num. 5.* exceptio. *vid. in l. 1. C. ubi Senat.* J. Harpprecht. *ad §. 3. & 4. I. de test. ord. n. 328.* multò magis jurisdictio cedat inter eos, qui reverà & actualiter summa paritate gaudent, ex *l. 4. ff. de rec arb. l. 14. ff. de jurisd. l. 13. §. 4. ff. ad SCtm. Treb.* Robbig. *Lex. Crit L. 6. c. 1.* Quò minùs autem delicta maneant impunita *l. 51. ff ad L. Aquil* quatuor casus ap. AA. invenire licuit, quibus in Condominum delinquentem pœna, & per consequens jurisdictio, Condomino admittitur. 1. ubi non eandem jurisdictionis speciem habet uterque, sed unus Civilem, alter in eodem Territorio Criminalem. Seb. Guazzinus. *t. 1. d. 1. num. 14.* 2. Ubi quilibet specie tenet eandem, ast quantitate diversam. e. gr. unus haberet duas tertias, alter tantùm unam, ut hac ratione ille superior judicandus foret. Capicius *dec. 27. num. 11.* 3. Ubi Condomini non agnoscunt superiorem, tunc Condominus delinquens se exuat paritate, quia reatus dignitatem tollat. Reinking. *de R. S. & E. lib. 2. cl. 2. cap. 17. numer. 104.* & ex Baldo, Jacobino atque Alberico Pacianus *de prob. L. 2. c. 36. n. 81.* 4. Ubi per pactum, aliove modo in talem casum unus Condominorum jurisdictionem à se vult abdicatam, & ita spontè alteri se subjicit. *d. l. 14. & d. l. 13.* M. Stephani *de jurisd. l. 1. c. 34. n. 44.* Sed vix immeritò totam hanc casuum seriem in rejiculis habet nostrum Territoriale Condominium, quòd vel specie

Non ergà ipsos Condominos.

Quatuor casus hic notant Dd.

Sed hic non applicabiles,

vel numero sive quantitate nullam disparitatem admittit; licet tamen sola partium differentia nullam in Condominum adscribat potestatem, sed emolumentorum, & in casum dividendi Territorii majorem adjicit pro rata portionem; quod autem casum attinet penultimum in se spectatum, probè servandum, quod addit Pacian. *d. l. num. 73.* scil. per delictum perditur privilegium, quandò coram judice competente, qui tamen hic cessat, agitur; Aliàs absona d. assertio, *num. 81.* & periculosa; utpote non multùm ab Hennonii, Miltoni, Marianæ, Althusii, Junii Bruti, &c. sectâ discrepans: semper enim Princeps LL. est solutus, excepto d. casu ultimo, quem, licet omni dubio non careat. Surd. *Vol. 1. cons. 47. num. 41.* in tantum asserimus, propter ibi alleg. ll. & ipsius Imperatoris exemplum in *l. 2. C si adv. fisc.* Nostri verò Condomini informationem de delicto Condomini sumunt, illudque Superiori denuntiant. Anchar. *in c. 16. de Hæret in 6.* ap. Pacian. *num. 83.* Sed quis judex tunc sit competens, & quâ ratione forum in criminalibus propriè sic dictis sortiantur Condomini, si sunt illustres, videre est in Disputat. nuper habita ab Excellentissimo Domino Schwedero, Patrono meo honorando, *de Foro Illustr. I. R. G. immed. subj. th. 23.*

XIX.

Remittendo pœnas.

Ut itaque in *Pœnarum* impositione omnium voluntas requiritur, sic & in earum *Remissione.* Ex quo in Terminis tradit post Boer. & Abbat. Ant. Faber *in Cod. d. l. 3. tit. 26. def. ult. num 7.* quòd nec is, qui habet majorem partem jurisdictionis possit mulctam remittere in præjudicium socii non consentientis. Benè tamen hoc in casu, quia de jurisdictionis commodo, quod dividuum est, Bocer. *de jurisd. cap. 8. n. 48.* agitur, remittet in sui præjudicium. Quam in rem non rarò Condomini pacisci solent hoc modo: deßgleichen/ ob hohe oder kleine Frevel verbrochen würden/ soll sich unser keiner insonderheit annehmen/ sondern das auff den Amtleuten stehen/ und sie daß handlen lassen. Quòd si pœna dictata individua, tum ex hactenus dictis alter Condominorum altero dissentiente nihil remittendo efficiet. Sic in *Officialium constitutione* ne quidem ma-

joris

joris partis Condominum prærogativam habere, contra Baldum rectè obtinet Ant. Faber, *loc. cit. num. fin.*

XX.

De *Fortalitio* sine alterius consensu in communi Territorio *non faciendo.* Boer. *decis. 320.* agit. *n. 11. & n. 12.* ex Baldo, in casu, quo duo diviserant inter se Territorium, jurisdictione indivisâ relictâ, sequentia recenset, dicente: Tres erant Valvasores, seu feudatarii Nobiles cujusdam Castri & Territorii, qui diviserunt inter se Territorium & homines, solâ jurisdictione remanente indivisa: quòd si duo ex iis duo fortalitia facere volunt, quilibet in Territorio suorum hominum, quòd tertius poterit contradicere, postquam jurisdictio est communis & indivisa. Quod enim omnes tangit, ab omnibus debet approbari &c. Idem Boer. *in d. l.* etiam de *Castro* communi, quod unus invito altero *destruere* non possit, ex Bart. & Alex. agit. De *Apertura* supra jam actum, in casu discordantium Condominorum.

Fortalitii Extructione.

Destructione.

Apertura.

XXI.

Sic & *Operæ ac Servitia* omnibus simul & conjunctim præstanda. Brunnem. *cons. 161. n. 77. & cons. 138. n. 139.* Forst. *de jurisd. p. 460. cum seq* Et si unus vel alter operas contra alium Condominum exposcat, e. g. bellicas, tunc regulariter subditi ex nulla parte sunt obligati ad uni subveniendum, propter tacitè semper inhærentem exceptionem: *rebus sic Stantibus*, h. e. quatenus Condomini ut universi demandant. Atqui in d. casu sunt ut singuli: & cum ratione pugnat, duobus, contrariis nempe, inservire Dominis. Dn. Struv. *S. I. F. c. 11. a. 8. num. 4.* Sufficiant hæc de actuum Politicorum quorundam Condominii nostri exercitio attulisse: de cæteris facilè judicium fieri potest.

Operis & Servitiis Subditorum.

XXII.

Ecclesiasticæ potestatis in Condominio Territoriali comprehensæ exercitium maximè versatur in *Reformatione.* Qua de causa quæstio moveri frequenter solet: *An quilibet Condominorum publicum Religionis suæ exercitium in Condominicato Terri-*

Circa Ecclesiasticos *quoque in* Reformatione. *Quatenus*

 rito-

ritorio instituere possit? e. g. Si, ubi ambo hactenus, cum Subditis, Augustanæ Confessionis fuerint, alter verò Pontificiam amplecteretur, & contra? Continet hæc quæstio unum ex gravaminibus, quæ inter utriusque Religionis, Catholicæ & Augustanæ Confessionis Electores, Principes & Status Imperii vertebatur, & trecennali superiori bello cum aliis, magnam partem, caussam & occasionem dedit, ut dicitur in Instrum. Pac. Cæsareo-Suecic. *art. V. princ.* quare & de eâ per d. Pacificationem conventum & transactum est seqq. verbis. *in d. art. V. num. XIV. §. 42.* In iis locis, ubi Catholici & Augustanæ Confessionis Status, ex æquo jure Superioritatis fruuntur, tam ratione publici exercitii, quàm aliarum rerum, Religionem concernentium, idem Status maneat, qui fuit Anno dieque supra dictis, nempe juxta *n. II. §. 2.* die prim. Jan. Anni 1624. Liberæ & immediatæ Imperii Nobilitati, omnibusque & singulis ejus membris unà cum subditis & bonis suis feudalibus ac allodialibus, cum limitatione tamen quadam, idem jus quoad Religionis punctum esse, expressè conventum est. *in d. art. V. n. X. §. 27.* Quare Condominus, ita Religionem mutans, non nisi privato Religionis exercitio frui poterit, arg. *d. §. 42.* ibi: *quantùm equidem ad publicum exercitium attinet.* Add. *d. art. n. XII. §. 29. & seq.* uti decidit Guil. Ignat. Schutz *in Manual. Pacif. quæst. 16.* qui ibid. inquirit in Restituendos, ex capite Amnestiæ, eos, qui illo tempore belli occasione abfuerunt, Condomini autem in suæ Religionis exercitio in Territorio comuni manserunt: Et refert die 29. Jul. Ann. 1653. ad Comitia Ratisbonensia controversiam hanc per Dictaturam devolutam esse; imò verò omnem & totam hanc quæstionem: & expectari adhuc decisionem. quod & notat Dn. Ah. Fritsch. *in Annotam. ad Instrum. Pac. d. §. 42. fol. m. 405.* Idem facit pariter novissimè Joh. Deckherr. *In Consult. de Pac. Civili Religioni in instrum. Pac. confecta data. ad art. V. part. 1. fol. m. 234.* in terminis hæc communicata ita referens: Wann zweyerley Ständ/ der einer der Catholischen Religion/ der ander aber der andern Confession/ zugewant/ eine gemeine Herrschafft mit aller hoher und nidrigen Obrigkeit zugleich in Besitzung haben/ ob dem jenigen/ welcher einer andern Religion/ als die Inwohner deß Orts gemeiniglich/ zugethan ist/ seiner Religion offentli-

che Ubung in derselben Kirchen zugebrauchen/und dabey auch die jenigen Underthanen zuzulassen/ welche seiner Religion schon zuvor gewesen/ oder erst neuer Ding darzu tretten/ungeachtet dergleichen Religions-Ubung in selbigen Kirchen Anno 1624. nicht im Brauch gewesen wäre? Putat autem si Judex hujus, Imperium scil.; ipsi concessurus sit, gratulandum ei fore: tantò quidem magis, quòd illustrissimus Senatus non ita pridem duabus vicibus, in casu magis dubitabili, quo nempe non Condomini, sed solitarius Territorii Dominus contra subditos coercitium Religionis suæ in templo ipsi subjecto, Ann. 1624. uni Religioni solùm dicato, mandata de non contraveniendo Instr. Pac. & c. S. C. adversus attẽtatores decreverit. Ceterùm, quid juris obtineat inter Condominos, qui Reformati ex August. Confessioni addictis vocantur, quantum ad Religionis exercitium ejusque reformationem, partim ex dictis hactenus, partim verò ex d. Instrum. Pacis art. VII. apparere & colligi potest. Add. Besold. *2. Polit. c. 1. num. 92.* Dn. Maurit. *p. 2. cons. 1. num. 76.* Dn. Fritsch. *in annotam. ad d. art.*

XXIII.

Ut Territoriale Dominium, sic & Condominium, cum suis effectibus, *Turbato* & *Controverso* Statu suo sæpe impeditur in suá operatione, quare prospiciendum de remediis, ad conservationem aut repetitionem, ejus pertinentibus. Quantùm Dominis pro possessionis defensione, contra vim injustam, in casu necessitatis, sine Judice liceat, ex iis, quæ de jure armorum, Territorii jure competente, supra paucis indigitata, colligere nonnihil licet. add. *L. 3. ff. de J. & J.* ubi DD. Fab. de Anna *cons. 7. n. 23.* Ubi verò præstat Judicio agere, causa hæc pariter ex juris privati principiis magna ex parte erit metienda. Inde autem constat, quòd alicui Condomino lis moveatur, vel de possessione, vel de Condominii jure ipso. *In statu* Turbato & Controverso.

XXIV.

De *Possessione* quidem nunc primùm *Adipiscenda* contentio esse potest, si Condominus e. g. possessionem totius Territorii ex successione apprehendit, eandem sibi soli asserens; & sic pro herede vel pro possessore, quantum ad alterius Condomini partem, possidens. Quæ ipsa possessio partis pro indivi- Possessionis *Remedia ejus tum* Adipiscendæ.

divi-

diviso *Interdicto quorum bonorum* persequenda: Quod remedium etiam in feudis locum habere, *ex c. 1.* & ibi Gloss. *si de feud. def. cont. 2. F. 26.* cum Gothofr. Anton. *disp. feud. 13. th. 4. lit. b.* asserit C. I. A. *n. quor. bonor. n. 4.* Et quia ei, qui pro parte heres est aut successor, *arg. l. 10. § 1. ff. de H P.* competit, C. I. A. *d. l.* utile erit & Condomino. Ex quo est, quòd & simultaneè investitum eo experiri posse, tradit Mod. Pistor. *p. 1. quæst. 9. num. 7.* Cùm porrò in testamento, vitio visibili carente, instituto contra eum, qui non est legitimus contradictor, competat saluberrimum & celerrimum *remedium possessorium* ex *l. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll.* etiam illi, qui ex parte tantùm heres scriptus est, ex *pr. in d. l.* Chr. Phil. Richter. *in tripart. interpr. d. l. f. n. 40. & seq.* & huic remedio hîc quoque locus erit. Siquidem & ob feudum competit, definiente prolixè Rosenthal. *d. tr. de feud. cap. 7. concl. 48. n. 2.* & *cap. 12. concl. 12. n. 31.*

XXV.

Retinendæ. *Acquisitam* possessionem Territorii cum Superioritatis juribus defendet variis remediis, ne eadem excidat. Ac 1. quidem, si in Territorii communis possessione turbatur, *uti possidetis* interdicto arg. *t. t. ff. uti poss.* quia etiam illis, qui pro indiviso rem immobilem possident, competit. *l. 1. §. antep. ff. de eod.* adversus turbantes, non tantum Condominos, arg. *l. fin. ff. eod.* ubi dicitur, quod inter usufructuarios reddatur. scil., ut ibi notat Accursius, asserentes se possidere, & quilibet de alio negat; Sed & alios quoscunque, etiam ipsos subditos comunes. Siquidem & adversus Subditos obedientiam recusantes, remedio huic locus est. cum Menoch. & Hartm. Pistor. Carpzov. *l. F. p. 2. const. 7. def. 12.* ubi in fine hoc habet præjudicium: daß Kläger bey der Possession vel quasi, der angezogenen Jurisdiction und Erbgerichte über beklagte seine Unterthanen / biß so lang er von ihnen durch ein ordentliches possessorium vel petitorium darauß entsetzet / billig gelassen wird. Possunt tamen Domini interdum etiam uti Arrestationibus, pignorationibus, sequestrationibus, incarcerationibus, vel, ut C. Klock. *de contrib. c. 18. n. 96.* (vid. omnino Disp. sub Excellentiss. Dn. Præside *de subdit. & Rust. op. per tot.* Carpz. *l. Conf. l. 2. t. 22. d. 355.*) initio verbis, tum herbis, deinique lapidibus; imprimis si arma sub prætextu Tyrannidis Domi-

Dominorum sumant, incitati forsan dogmate periculoso, nec ferendo, Ignatii Loyolæ, qui, postremæ Jesuit. sectæ Auctor & Llator, ita: *Quemlibet Tyrannum posse & debere, à quocunque subdito occidi per Insidias, blanditias vel adulationes, non obstante quovis juramento, nec expectatâ sententiâ judicis.* apud Goldast. *in Replicat. pro Imper. contra Jac. Gretseri, Jesuita, crimina L. M. Rebell. & Falsi. c. 2. n. 7.* quia verò h. q. uberiori, quàm præsens admittit institutum, indiget tractatione, B. L. remittimus ad Dn. Struv. *de Vind. priv. c. 3. a. 2.* Forst. *de Jurisd. Rom. p. 2. sect. 6. p. 674.* Bernegg. *quæst. ad C. Tacit. 191.* B. Avum. m. *de Iur. Reg. in imp. del. th. 7.* Reink. *d. tr. L. 1. cl. 1. c. 5.* Rumelin. *ad A. B. p. 3. d. 2. §. 23.* Felwing. *de Domin. q. 2.* ap. quos allegationum & distinctionum satis. Nimis rigidi tamen Principes & Territ. Domini ut sint obedientiæ & operarum exactores, vix decet; quia non amoris & fidei, sed furoris & barbaræ observantiæ ostentatio, exemplo Turcarum, teste Augerio, qui, *nolle se*, inquit, *in alterius gratiam ad eum modum togam & vestes suas dissecare, quo videat homines barbaros cutem & artus corporis sui in gratiam Dominorum dilaniare.* ap. Herm. Kircher. *de Offic. & Dignit. Cancell. L. 2. c. 2. num. 36.* 2. Nec dubium est, quin & ex Constitutione Pignorationis mandata unus Condominorum adversus alterum, novi quid attentare volentem, impetrare queat. ex Ord. Cam. *p. 2. tit. 21.* Gail. *d. tr. de pignorat. Obs. 20. n. 1. & seqq.* Porrò 3. ipsa Camera ibid. *in § 3.* in casu metuendorum in Imperio tumultuum possessionem sequestrare jubet, usque dum summariè fuerit cognitum, cui parti possessio vel quasi sit adjudicanda vel inhibenda, usque dum causa in possessorio vel petitorio plenè fuerit decisa. Cæterùm quam pœnam turbantes in possessione incurrant, videri potest ap. Honded. *2. cons. 95.* Brunnem. *Cons. 11. & cons. 74. num. 17. 18.* & ap. alios.

XXVI.

Pertinet huc quoque Edictum de *Operis novi nunciatione*, quo itidem Domini Territoriorum jura ac possessionem tuentur. Dn. Hugo. *in d. Disp. Inaug. cap. 6. th. 32.* Hac quidem non utitur Condominus adversus Condominum, novum opus molientem, quia ordinario remedio Communi dividundo tutus est. *l. 26. ff. de S. P. V.* aut, si mavult, imploratione officii judicis, quâ

impedire id potest. *l. 3. §. 1. & 2. ff. de N. O. N.* junct. *l. 28. ff. comm. div.* benè autem adversus tertium facientem novum opus, quo Condominis nocetur. Verùm ab uno Condomino facta valet respectu nunciantis, non cæterorum. *l. 5. §. 6. ff. de N. O. N.* nisi nuncians cæterorum nomine caverit de rato, vel mandatum acceperit, ex Molina Excellentissimus atque Amplissimus Dominus Burck. Bardili Patronus atque Præceptor meus summè honorandus *Disp. de N. O. N. th. 14.*

XXVII.

Recuperandæ.

Amissam porrò Territorii communis possessionem per vim quòd *recuperent interdicto unde vi*; ab ipsis etiam Condominis dejicientibus, non est dubitandum. Sed & aliis remediis, quæ dejectis competunt, quæ videri possunt ap. Menoch. *rem. recup. poss.* C. J. A. *π. de vi & vi arm. th. 23.* Vi armata, atroci & dolosa, si ab aliquo peccatum fuerit, in *pœnam fractæ pacis publicæ* quòd incurrat, constat ex R. I. de Anno 1548. add. Constitutio vom Königlichen Land-Frieden zu Worms / Anno 1495. auffgerichtet. Gail. *t. 1. de Pac. Publ.* Pruckm. *Vol. 2. Cons. 10 n. 121.* Hæc paucis sufficiant de remediis possessoriis hoc nomine competentibus.

XXVIII.

Juris ipsius Controversi Remedia: Universale, Hereditatis petitio.

Petitoria, quibus de jure ipso principaliter, non autem principaliter de possessione, disceptatur, varia esse possunt pro diversis casibus. Certè enim, si Condomino Territoriali asserenti, ex jure hereditario id ad se pertinere, ab adversario, se solitarium heredem asserente, negatur, ipsum Coheredem esse; de hoc cohereditario jure, quòd nempe coheres sit, disceptandum erit per *Hereditatis petitionem.* arg. *t. t. ff. si pars her. pet. junct. l. 1. §. 1 ff. fam. hercisc.* Posse autem & feuda, atque sic Territoria, in petitionem hereditatis venire, latè ostendit Rosenthal. *d. tr. de feud. cap. 7. concl. 12.*

XXIX.

Particularia.

Rei Vindicatio.

Quòd si non de jure hereditario contentio est, sed de Condominio ipsius Territorii, de ejusd., uti loquitur Knichen *d. tr. c. 5. num. 106* proprietate, dum alter contendit, se solitarium Dominum, alterumque in comunionem admittere recusat, *Rei vindi-*

vindicatione contra Condominum res expedienda est,quæ quippe competit etiam pro vindicandâ parte, quam quis in re communi habet), *l.3.§.fin.l.76.ff de R.V.juncta d.l.1.§.1.ff.fam. ercisc.* Siquidem res etiam communis vindicatur, sed pro rata. Bartol. *d.l. Et ut integra Territoria, Castra, Oppida, cum jure Superioritatis, Jurisdictione, Subditis & omnibus, quæ eò pertinent, hâc actione petuntur, sic & partem Territorii eodem modo vindicare licet.* verba sunt Dn. Hugo. *d.c.6.th.30.* Quâ actione si probaverit legitimè Territorium universale, & Condominium, habebit hoc ipso fundatam intentionem, quòd & Superioritas, die Landes-Hoheit ipsum communi jure concernat. Vid. latè Knich. *d.tr.c.5.num.97.& seqq.* Siquidem in hoc capite per tot. de judicio jurisdictionali agit.

XXX.

Præterea cùm ipso Condominio quasi contrahatur intra Condominos. *§.3.l.de obl.quæ quasi ex contr.* ita, ut ex ipsa re seu Condominio actio veniat. *l.46.ff.de O.& A.* ex ipsa Communione corporum dividendorum *l.6.§.1.ff.com.div.l.9. C.com. utr. jud.* C.I.A. *π.com.div.n.24.* scil. non tantùm ad communicanda, si alter ex illis solus percepit lucra, quæ sunt proventus potissimùm Territorialis jurisdictionis. C.I.A. *loc.cit.n.14.* mulctæ, pœnæ, Jacob. de S. Georg. *d.tr. de feud. verbo dubitatur.num.2.* item, quæ ex perduellium, vel sine herede defunctorum, bonis ad Dominos Territoriorum devolvuntur. B.Brunnem. *d.Cons. 1.n.63. & 69.* ac similes jurisdictionales obventiones. Speidel. *d.l.* quæ omnia pro rata Condomino sunt restituenda. *d.§.3 §.5. l.de O.l.l.3.pr.l.4.§.3.l.6 pr.§.2.4.ff.com.div.* Sed & ad resarcienda alteri pro sua parte damna, dolo vel culpa data. *d.l.3.pr. ff.eod.* arbores, v.g. ex fundo exscindendo. *l.8.§.2.ff.eod.* quid commune destruendo, arg.eorum, quæ habet Suares *de bon.const. matr. n.25.26.p.474.* in pago communi rusticos emungendo variis mulctis, & illi aufugiant. Brunnem. *ad l.10.ff.d.t.* Si conventio de alternis annis fructum percipiendo inita fuerit, efficiendo, ut futuri anni fructus, quos alterum percipere oportuit, corrumperentur. *l.23.ff.eod.* Aut aliud quid admittendo *d.l.10.ff.eod.* Si impensas in id fecit. *l.4.§.3.l.14.§.1.ff.l.4.C.d.t.* Si quid hujus nomine abest alteri Condomino. *l.3.pr.ff.eod.*

Communi dividundo actio.

S 2 quale

quale est, si eo nomine æs alienum conflavit. Ubi quæstio moveri solet: *An æs alienum, quod frater natu major, dum in pupillari fratris junioris ætate, Comitatum e.g. solus administraret, portione aliqua certa fratri natu minori in annos singulos adscriptâ & datâ, tempore administrationis conflavit, utriusque fratris commune sit, idque frater natu minor æque ac major exsolvere teneatur? an verò pro rata portionum?* quam ipsam tractat Schæffer. *p. 2. q. 43.* ubi videri potest. Ad hæc omnia & similia Condominus Territorialis actione communi dividundo, quæ quippe, etiam manente Condominio, per text. *in l. 14. §. 1* ibi: *etiam manente communione. ff. com. div.* Oldend. *cl. 4. act. 22. §. 9.* ad hujusmodi præstationes personales competit. *d. l. 4. §. 3.* agere potest. Quæ, damno per dolum aut culpam dato, defuncto licet Condomino, adversus heredes ejus institui potest. *l. 49. ff. de O. & A.* quod esse non posset, si ex delicto principaliter, damno sc. injuria dato, actionem adversus eos instituere vellet, propter. *§. 1. J. de perp. & temp. act. l. 4. in fin.* junct. *ll. seqq. ff. de al. jud. mut. c. l. 26. l. 58. ff. de O. & A.* prout hoc in d. casu, quo Condominus, qui variis mulctis emunxit subditos, ut aufugerint, notavit B. Brunnem. *ad d. l. 10. ff.*

XXXI.

Negatoria. Potest & inter Condominos Territoriales controversia incidere, dum alter vicinum Territorium solitario jure proprium habens, intuitu illius in communi Territorio regale aliquod solus prætendit, contra ejus libertatem, quæ, ut supra dictum, in eo est, ut Dominis suis utilitatem præbeat. Cùm juris sit, ut Servitus in re communi, antequam communis facta, acquisita, communione superveniente, retineatur, Condomino quidem invito. Surd. *Cons. 17. n. 20.* Ast re jam communi facta invito Condomino non licet quid facere: cùm prohibentis conditio melior sit. *d. l. 28. ff com. div.* Cæpoll. *de S. U. P. cap. 16. in fin.* atque ob id Condominus adversus Condominum talem solus agere possit Negatoriâ actione, dicendo: Ajo tibi jus non esse, ex fundo tuo proprio in communem nostrum hoc vel illud exercendi, ob periculum amittendæ rei, nim. libertatis fundi. *l. 27. pr. ff. de S. P. V.* C. I. A. *π. si serv. vind. θ. 21.* ubi obstantia removet. Pari ratione & Condomino Territoriali eadem

dem actione tunc agere licebit. Etenim ut jurisdictio, in alieno Territorio competens, controversa ab hujus Domino facta, utili Confessoria vindicatur; sic & libertas Territorii, contra alterius Territorii Dominum, in eo jus aliquod Territoriale sibi asserentem, Negatoria utili: quæ quippe competit, quoties alius eo jure, quod nobis propriè competit, uti vult, Brunnem. *cons. 57. n. 14.* à Domino defenditur. Ita intelligi volunt, qui in materia jurisdictionis his actionibus locum dant. Paurmeist. *l. 1. c. 29. n. 9.* Dn. Schütz. *ad tit. π. si serv. vind. lit. O.* Schurpf. *cent. 1. cons. 70.* Castillo *de usufr. l. 1. c. 7.* add. Carpz. *l. F. p. 2. c. 7. d. 17. n. 11.* M. Stephan. *l. 1. c. 40.* ibi de jurisdict. remediis.

XXXII.

In his & similibus actionibus quodnam Judicis sit officium, ex sedibus earum propriis desumendum est. Possessorium retinendæ aliàs solet finiri hâc pronunciandi formâ: Daß beklagtem nicht gebüret/ Klägern in seiner possession vel quasi der Lands-fürstl. Obrigkeit zu turbiren und zu hindern. Knich. *d. c. 5. n. 95.* aut etiam *seq.* darauff und allem Vorbringen nach zurecht erkennet/ daß so wohl Beklagte/ als der Kläger bey dem Besitz der strittigen B. Verlassenschafft (jedoch davon die Gülich- und Bergische Statt/ und Stamm-Güter/ so viel Kläger darzu kündlich und mit selbst eigener der beklagten Nachgebung allein berechtiget/ außgenommen.) ein jeder vor seine gebührende Portion zu manuteniren und handhaben ꝛc. quam sententiam refert Blum. *inter Camerales num. 378.* Petitorium Rei Vindicationis ita: daß Klägern das controvertirte Territorium eigenthumlich zuständig. Idem Knichen. *d. l. n. 66.* Ad Condominii ergo controversias similes facilis applicatio fieri potest. **Formulæ Sententiarum.**

XXXIII.

Verùm si tales controversiæ inter Principes & Status Imperii Potentes Condominos moventur, & non privati tantùm juris & utilitatis sunt, sed forsan insuper etiam tranquillitatem Imperii publicam spectant: ubi in herba præcaveri ac sopiri non potuerunt, justitia cum prudentia ita temperari solet, ne, dum privato jus redditur, publicum labefactetur. Quæ in hanc rem propterea prudentissimè ex Aristotele, Thuano, Reinkingio mo- ***Prudentissimum Magni Viri circa hæc remedia monitum.***

 net

net Dn. Hugo *in d. disp. Inaug. th. ult.* ibidem cum fructu videri possunt.

XXXIV.

Procuratorem communem in his constituunt. Addendum his, quòd Condomini causas judicio tractantes cum aliis unum communem Procuratorem constituunt. *l. 48. ff. fam. ercisc.* judicii eò citiùs expediundi gratia, ut propterea ex officio etiam ipsis hoc injungi queat, ob *l. 31. ff. de R. C.* Mev. *p. 4. dec. 63.* Et sanè in Camera Imperiali hoc per decreta injunctum, idem testatur *in p. 2. dec. 341. in fin.* De qua practica Christinæum *V. 2. dec. 287. n. 4.* allegat Brunnem. *ad l. 42. §. 6. ff. de procurat.* quàm, aliàs contrariam, de Condominis diversa intentione agentibus, accipit. An autem unus ex Condominis solus agere queat, aut causam defendere, discendū est ex *t. t. C. de cons. ejusd. lit.* ubi maximè Brunnem. *ad l. 2. d. lt.* Nec id est prætereundum, quòd si uni Condominorum illata injuria, communis putetur, & alter, etiamsi ipsi haud immediatè illatà agere nihilominus possit. arg. Bruni *ad l. Clar. Cons. 23. n. f.* Guazin. *t. 1. d. 1. c. 18. n. f.*

XXXV.

De Condominii hujus Probatione. Hæc de Effectibus sufficiant Condominii Territorialis constituti: Sequuntur pauca de ejus *Probatione.* Communionem, & sic Condominium in genere, regulariter non præsumi cum Bart. post Oldrad. & ex his respondente Decio aliisque citatis pluribus, pro regulâ tradit Mascard. *de probat. concl. 328. n. 1.* vid. Fab. de Anna *cons. 59. num. 24.* Rationem hujus conjicit Mascard. *nn. seqq* ex communionis effectibus, qui sint discordiæ, dissensiones, & sic incommoda plura, de quibus paulò post: adeoque in dubio credendum haud esse, talia quenquam affectare. arg. *l. 25. pr. ff. de probat.* Verùm utut hæc ita se habeant in communione conventa; cùm tamen frequentissimè, imò quotidiè accidat, ut per hereditatem & successionem uni Domino factam à pluribus heredibus hi ipsi incidant in Condominium. *l. 25. §. 16. ff. fam. ercisc.* quocirca facilè levis præsumtio etiam pro Condominio admittetur, pro casuum varietate, ut cum Ancharano & Decio notat idem Mascard. *d. l. num. 4.* cui tamdiu statur, usque dum de divisione factâ docetur. arg. *l. pen. C. Com. div.* nam nec hæc facta in dubio præsumitur, quia facti est. arg. *d. l. p.* Idem Mascard. *d. l. concl. 526. num. 1.*

XXXVI.

XXXVI.

Poteſt autem Condominium Territoriale probari tum à *priori*, tum à *poſteriori*. *Illa* quidem ratione per modos ſupra enarratos, quibus id ipſum conſtituitur. Ut ſi patris, Territorii Domini, hereditas ad filios delata. *l. 12. C. fam. herc. l. p. C. comm. div.* ubi Gloſſ. & Dd. Quorum modorũ uno ſi ſemel conſtitutum probatur, præſumtio tunc eſt, quod in eo ſtatu perduret. Cùm regula ſit, quod quælibet res in eo ſtatu, in quo eſt, durare præſumatur. Barboſ. *locupl. voc. præteritum. ax. 1.* à Priori.

XXXVII.

Quamvis verò nec inſtrumenta, nec teſtes adſint, quibus id probari queat, à *poſteriori* tamen & effectibus Condominii hujus Territorialis id ipſum præſumtivè probari ſolet, uti ipsũ Dominium, ita ut tamdiu credatur pro eo, usq; dum contrarium probetur, juxta Philoſophorum ſc. regulam: quòd effectus teſtetur de ſuâ cauſâ. Quis enim dubitabit de tali Condominio, ſi uno plures eodem Territorii *Sigillo* utuntur, cum communis ſtylus & uſus Principum Alemanniæ ſit, ita ſigillare uno ſigillo, quando ſc. indiviſum habent regimen. Theod. Hoppinck. *tr. de jur. Sigill. cap. 4. §. 5. n. 118.* ubi *n 120. ac ſeqq.* deducit: An dicatur Mein Inſigel/quod eſt commune, veluti paternũ, ad utrumq; fratrem ſpectans? & *cap. 10. n. 44.* Sigillo Superioritatis jura probari, dicit. Si in loco publico Condominorũ Nomina, ut Condominorum, inſcripta, inſignia poſita nec revocata, extent, arg. *l. 2. § fin. ff. de oper. publ.* Add. Menoch. *6. præſumt. 73. n. 5. & ſeqq. Etenim inſignia in curiis, templis, turribus, portis, muris, aliisque locis depicta, inciſa vel affixa, dominii, jurisdictionis vel Superioritatis indicium eſſe, communis eſt Doctorum opinio. Hinc, ſi communis fuerit locus, duorum plurimumve Dominorum inſignia in eodem erigi poſſunt. Klock. tom. 1. conſ. 16 num. 17. & 34* verba ſunt Sebaſt. Felch. *de Inſignib. cap. 14. num 9.* Si alter alterum Condominum ſcripſerit, appellaverit, ut talem tractaverit; quod reſpectu hujus utique probabit: Sic enim & Societas inter duos probatur. Maſcard. *de probat concl. 1309. n. 6.* Si communi nomine actus Territorialis Superioritatis exerciti: ſed proportionabiles, i.e. qui demonſtrant, ad uno plures eam pertinere: ut ſi neuter ſine altero hactenus jurisdictionem exercuit. Boër. *deciſ.*

Marginal notes: Poſteriori. — e. gr. per commune Sigillum. — Inſcriptionem. — Exercitium aliud.

tis. 5. n. 1. Si officiales communi nomine constituerunt, Idem *d. l. num. 5. & seqq.* Si jurisdictionis Proventus inter se diviserunt. Mascard. *d. concl. 328. num. 5.* Plures ejusm. actus offendes ap. Knich. *c. 3. num. 199.* Steph. *l. 2. p. 1. c. 7. n. 123.* Arum. *V. 3. D. 18. n. 61.* Gilhaus. *Arb. Judic. p. 1. c. 1. num. 94.* Præterea alia supersunt media, quæ probant, Condominium non quidem amplius præstò esse, fuisse tamen: utpote per instrumentum Divisionis; nam alioquin divisio non suscepta. v. Christinæ. *V. 2. d. 181. num. 3.* Gilh. *d. l. c. 6. §. 62.* Mascard. *V. 1. concl. 128.*

CAPUT X.

DISSENTANEA ABSOLVENS.

Tandem de Cindominii hujus Territorialis Contrariis.

I.

SEquuntur tandem Constituti Territorialis Condominii *Contraria*, seu causæ aut modi, illud destituentes, ac dissolventes. Uti enim cuncta mutationibus obnoxia; sic & Condominia; quæ ut sæpè oriuntur ex utilitatis ratione, sic & ob eandem non rarò dissolvuntur. Non attinet verò hîc pluribus modos rerum Dominia in genere amittendi tangere, atque sic & Condominia, & Condominia Territorialia: Non eorum *Interitum*, qui licet rarissimus, chasmate tamen, aut chasmositate: ut eam ruinam versus abyssum, qua terræmotu vel ruinositate fundus pereat, appellat Gulielm. Redoan. *de reb. Eccl. non al. quæst. 18. §. sed multi. num. 12.* terræmotu, aquarum inundatione, quòd contingere queat, docent arg. *l. 10. §. 1. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 47. inf. ff. de legat. 1. l. 1. C. de jur. emphyt.* & exempla in historiis obvia. uti videre est apud Meteranum, Montanum, Cluverum. Non *Consolidationem*, utriusque partis in unam Condominorum hactenus personam. Quæ præprimis in Territoriis talibus ab Imperatore duobus in feudum, aut ex mera donatione concessis, altero ex iis sine herede mortuo locum invenire potest ex *l. un. C. si Imp. lib. sec. fin. her. decess.* post plures citatos Rosenth. *d. tr. de feud. cap. 6. concl. 74. per totam.* Non *Alienationem* ab omnibus Condominis in unum aliquem tertium factam. Cùm certi juris sit, quòd, ut quili-

Supersedetur hic agi de Interitu.

In unum Consolidatione.

Alienatione.

quilibet rei suæ moderator&arbiter.*l.21.C.mandat.* etiam partis suæ,pro indiviso hactenus possessæ.*l.1.C.comm.div.l 3.C.de comm. rer.alien.* sic & Condomini conjunctim; adeoq; Condominium extinguere possint, factâ in unum totius rei alienatione. Sive voluntate expressâ hoc fecerint; sive etiam tacitâ, patiendo, ut unus aliquis tertius rem ipsorum, hactenus pro indiviso communem, possidendo per tempus lege definitum sibi solitariè acquireret, usucapione np. seu præscriptione. *l.28.ff. de V.S. junct. totâ materiâ de Usuc. ex l. ff. & C.* Cùm hæ Condominium dissolvendi rationes in sæpè cit. disput. de Condom., satis sint illustratæ, nosque ad colophonem vocet materiæ, quæ nimiùm sub manibus excrevit, ratio.

II.

Quamvis verò circa palmarium & proprium Condominia dissolvendi modum, qui est *Divisio*, eadem subesse videbatur ratio; quia tamen hujus præsentis Disputationis certum, idque Augustum,Territoriale np., Condominium objectum est, non abs re erit, separatim nonnihil,& ad hunc scopum explicatiùs, huic modo inhærere. Constat autem ex superioribus, quòd hujus Condominii Subjectum, in quo acquisitum, materiale sit Territorium, h.e. districtus; sine differentia quantitatis, latitudinis, amplitudinis: magnus sit, an parvus: Ducatus,Comitatus, Baronatus, Dynastia, aut Civitas, Castrum,Pagus,cum suo ambitu, & sic omnibus in illo comprehensis rebus & personis: An sit cum suis finibus unum tantùm, sub se alia separata non habens, ut sunt oppidorum & Pagorum: An verò ejus magnitudinis & extensionis, ut plura, separata à se invicem, respectu tamen possidentium conjuncta, ambitu suo complectatur. C. I. A. *π. com. div. n. 14.*

Consideratur verò Divisio.

Ejus prolixiùs consideratur Objectum Materiale.

III.

Formale verò esse diximus, quòd sit tale, quod ex Imperii usu (siquidem omnis jurisdictionis orbis hoc axe vertitur: ejus conditionem usus Imperii unicè efformat Dn. Lyncker. *d. tr. de gravam. Extrajud. c. 4. §. 3. num. 11.*) illinitum est universali jurisdictione, ea nim., quam Imperator, Summum Imperii caput, aliàs in eo, ex independente majestatico suo jure, alio omni excluso, solus exercendi potestatem haberet, ipsi v., scil.

Formale.

Territorio, loco ejus, Imperatoris nempe & Imperii, salva tamen Supremitate, à Territorii Domino exercendam, annexuit quasi, & sic Territorialem effecit; Ut ita, cui competit Territorium, & jurisdictio competere dicatur. Gœdd. *in d. Rỹ. de Restit. Baron. Vallend. num. 383.* eidem Territorio jurisdictio cohærere. vid. A. Fab. *in C. lib. 3. tit 12. def. 28.* esse jus Territorio inhærens. M. Steph. *de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 17.* cohærens. Reink. *de R. S. & E. l. 1. cl. 5. capit. 5. numer. 8.* Superioritas Territorialis eidem individuè adhærere. Bidemb. *qq. Nob q. 1. n. 5.* tanquam Nebula supra paludem. Reinking. *d. l. num. 7.* esse jus Territorii & ejus accessionem. Mev. *p. 2. dec. 314. num. 7. & 305. num. 19.* Et Territorialia jura ac regalia Territorio infixa dicantur. Idem Stephan. *d. l. num. 24.* annexa eidem. Geilfus. *Polit. num. 132. p. 86. & num. 278. p. 75.* Dn. Ziegler. *ad Grot. de I. B. & P. l. 2. c. 4. § 13. p. 266.* ipsi inesse, ita, ut cum translato Territorio & ipsa transferantur. Pacian. *de probat l. 2 c. 43. n. 21. 31.* Besold. *Thes. Pract. voc* Abtheilung der Herrschafften. & concessa intelligantur. Dn. Fritsch. *l. Fluv. p. 2. cons 4. n. 7.* Nec Imperator ampliùs eandem Territorialem potestatem in Territorio tali exerceat. Knipsch. *de Civ. Imp. l. 2. c. 5. num. 10.* sed Dominis Territoriorum non ratione sui, sed Territoriorum ratione, competat hæc Superioritas seu jurisdictio Territorialis, Landes Hohe Obrigkeit/ Landes Ober- und Herrligkeit. Dn. Struv. *S. I. C. Ex. 4. n. 79.* Et vice versa, qui jurisdictionem universalem in Territorio habet, is ipsum Territorium habere dicatur. Reinking. *d. tr. Lib. 1. cl. 5. cap. 1. num. 21. & seqq.* Quia Territorium principaliter continet jurisdictionem, Knich. *d. tr. cap. 1. n 242.* Ut sic jura illa sublimia, vi ac jure Territorii atque Superioritatis Territorialis, Territoriorum Dominis competere & exerceri dicantur hinc inde ap. Dd.: uti familiaris est hæc loquendi ratio. Dn. Myler. *d. tr. de Princ. & St. I R G. cap. 36.* Atque ita ipsi Territorio immixta sit omnis regulariter jurisdictio, imperium omne; respectu Imperatoris, ob exceptam ejus Supremitatem, Inferius; respectu autem Subditorum, Superius, universale, alii non communicabile, nisi cum ipso Territorio. Unde Superioritas Territorialis dicitur. Quando igitur de Territorii communis Divisione inter Condominos quæstio movetur, non potest non unà de ipsius quoque jurisdictionis Territorialis divisione eadem moveri.

IV.

IV.

In hac ipsa verò materia ante omnia *distinctio* præmittenda inter hæc: *rem nempe aliquam venire in Divisionis negocium vel judicium, & actualiter, realiter dividi.* Quantùm ad *illud* membrum, nullus negaverit, omnes res, ut Corporales, sic & incorporales, adeoque jura, licet sui naturâ sint individua, atque ita & Jurisdictionem, in Divisionis negocium aut judicium venire. Quamvis enim in partes nequeat dividi, (divisio enim propriè est corporum) potest tamen per conventionem aut ex officio judicis per sententiam id agi, ut, Vel exercitium jurisdictionis, ubi & hoc fieri potest, manente Territorio indiviso, aut ipsa Regalium & jurisdictionis substantia ap. omnes in solidum, dividatur, & ejusdem emolumenta. P. Ant. de Petra. *d. tr. cap. 18. num. 16. & 166.* Forster. *de jurisd. numer. 170. p. 471.* Knipsch. *de fideic. fam. nob. cap. 6. num. 319.* Qualis divisio etiam in feudis majoribus, regalem dignitatem annexam habentibus, Jure Feudali admittitur. cum Bald. Alvar. & Dd. communiter Gail. *L. 2. Obs. 153. num. 2.* ut nempe eandem Condomini exerceant Annis vel vicibus alternis. Gail. *d. O. num. 7. arg. l. 5. pr. ff. de aq quot. arg. l. 36. ff. de admin. tut.* cum Bartolo, Alexandro, Decio, Felino, Gail. *de Pignorat. Obs. 20. num. 6.* imò etiam Mensibus alternis. Rosenth. *de feud. cap. 9. m. 1. concl. 56. num. 13.* vel Triennio. Knipsch. *d. c. 6. num. 317.* aut per Quarteria. Costa *de quot. & rat. quæst. 87. num. 9.* aut temporum Subalternationem. Arias de Mesa Resol. *L. 1. Res. 2. c. 17. num. 10.* Quam vicissitudinariam gubernationem, Germanicè, ein Mutschierung appellari, ex Goldasto refert Besold. *Th. Pr. voc.* Mutschierung. Vel separatâ Territorii commoditate exercitium jurisdictionis in Seniorem, cum emolumento quodam, transferatur ex Besold. Knipsch. *d. c. n. 316.* Vel duobus fratribus committatur simul, reliquis, mediante assignatione certorum proventuum, ab eo exclusis. Idem. *loc. cit. 318.* Vel per Officiales, communiter constitutos, lucra jurisdictionalia inter se dividant. Speidel. in Spec. voc. Gemeinherrschafften. pro rata. Sanz. *de Divis. Bonor. L. 1. c. 5. num. 8. & 10.* quorum ratione jurisdictionem dividuam statuunt P. A. de Petra *d l. num. 16. & 66.* Bocer. *de Jurisd. cap. 8. num. 48.* Hottom. *qq. illustr. p. 162. & 168. & alii.* Quæ ipsa divi-

Explicatur terminus Divisionis. Quòd sumatur vel de Divisionis negocio toto.

sio priori melior censetur. Besold. *Th. Pr. voc.* zwey oder dreyhe-rige Herrschafft. Pacian. *d. l. 2. c. 36 num. 109.* habitationibus, Condominio Territorii manente, singulis assignatis; ut unus possideat das Stammhauß/alii alia loca. Rec. Imp. *de Ann. 1576.* §. bey Berathschlagung. *99.* Vel ut uni assignetur & divisio in Æstimatione fiat: nam & sic dividi potest. Köppen. *decis. 1. n. 13.* Aut per Compensationem in bonis allodialibus pro rata valoris bonorum feudalium, feudi scil. antiqui. Costa. *d. l. n. 4. & 6.* Vel etiam fieri potest per viam Locationis, uni ex Condominis factæ. Pacian. *d. l. 2. c. 36. num. 86.* M. Steph. *de jurisd. lib. 1. c. 36. num. 7.* aut etiam tertio. pro pensione inter Condominos dividenda. Id. d. l. Quali Divisione omninò opus, ubi unicum est Territorium, non separatum, e. g. pagi vel oppidi; comminueretur enim aliàs & comtemneretur jurisdictionis exercitium. C. J. A. *π. Comm. Div. d. num. 14.*

V.

Vel de Divisione rei actuali, substantiali.

Quantùm autem ad membrum *posterius*, certum utique est, nullam jurisdictionem, & sic nec Territorialem, per se spectatam, in sua substantia, & juxta proprium esse suum, dividuam existere, & sic dividi posse. Dd. *ad L. 17. ff. de Servit.* post Bart. Bald. Eguin. Baro *in tr. de Divid. & individ. oblig. Lib. 2. c 3. incipit: sequitur, ut de usufr. n. 7. vers. interea illud.* Baptist. de S. Blasio *Consil. 66. num. 20. f. 22.* Paurmeist. *de jurisdict. Imp. Rom. lib. 1. cap. 31. num. 12.* Sanz. *d. tr. lib. 1. c. 5. num 1.* Ar. de Mesa. *Lib. 1. Res. 2. c. 17. num. 17.* P. A. de Petra *d. l.* Beindorff. *de Princip. S. R. G. I. Polit.* ap. *Arumaeum de I. P. Vol. 3. Disc. 10 th. 29.* Bocer. *d. c. 8. num. 42.* Adeò, ut sint, qui non audeant statuere, quòd partes recipiat pro indiviso, uti supra ex Bocero *d. c. num. 49.* & aliis adduximus: ratio, quia res sit incorporalis. M. Steph. *l. 1. c. 36. num. 1.* quales divisionem non recipere, tralatitium est: Nec audiverit quis, jurisdictionem pro parte explicari posse, aut dari semijurisdictionem. Ast nos hoc in loco non agimus de jurisdictione per se spectata, sed Territoriali, Territorio annexa, cohærente, id qualificante. arg. *l. 20. §. 1. ff. de A R. D.* uti libertas prædium, cui naturaliter & proprio suo jure inhæret. *d. l.* quæ, per se spectata, abstractivè à prædio, esse nullum habet, sed tota in prædio est, cum eo existit, abit, redit, transfertur, recipitur; prout nem-

pe

pe Territorium & Territorialem Superioritatem aut jurisdictionem paulò ante exhibuimus atque descripsimus.

VI.

Uti ergo Territoria res corporales sunt, sic in divisionem utique, quoad substantiam suam, Costa *de quot & rat. quaest. 87. num. 8.* venire queunt, & divisa sequitur Jurisdictio hæc, uti libertas & similia jura res corporales cæteras divisas, non obstante, quòd hæc, per se considerata, incorporalia sint, divisionis expertia. Etenim hoc fit in consequentiam divisionis rerum corporalium; Berta, *de Gabell. p. 1. num. 49.* Atquè ita quidem Territoria non tantùm plura, diversa, universalia, in una e. gr. hereditate reperta, quorum singuli heredes Condomini sunt, dividi queunt, ita, ut per adjudicationem, aut permutationis vice, per text. *in l. 20. §. 3. ff. l. 14. C. fam. herc.* uni regulariter cedat unum, alii aliud. Quo de non subest ullum dubium. Sed & unum Territorium universale, Ducatus e. g. plures habens civitates, præfecturas, castra separata, cum separata jurisdictione tali: (quomodo in Germania nullum Ducatum esse aut Marchionatum, qui talia loca, aut præfecturas diversas, sonderliche Aemter/ non habeat, refert. Rosenth. *de feud. cap. 9. membr. 1. concl. 59. num. 15.*) per partes has dividi posse, & exemplum ex P. A. Petra *de jur. quaes. toll. per Princ. c. 18. num. 38. & seq.* de Ducatu Placentiæ refert Tob. Paurmeist. *d. tr. lib. 1. cap. 31. num. 13.* & ejusmodi Exempla in Imperio quotidiana sunt obvia. nam *paucos Ducatus aut Comitatus in Imperio Rom. Germ. reperiri, qui non varia & multa Allodialia bona, imò quandoque ditiones comprehendant,* inquit Myler. de Nomolog. Ord. Imper. cap. 14. th. 8.

An ergo Territorialis jurisdictio divisionem recipiat ita?

VII.

Ex hoc ergo, ubi hactenus Territorii Condomini jurisdictionem Territorialem conjunctim in solidum exercuerunt, divisione ita Territorii factâ, singuli eandem in suis, sibi assignatis, castris solitariè habent & exercent, pariter in solidum; ita, ut alter Condominorum in alterius loco nihil juris eo vivente habeat. Rosenthal. *d. l. concl. 56. num. 9.* adeoque ad ipsum solum feuda, in hoc suo Territorio aperta, pertinent. Richter. *dec. 68. num. 34.* Ipse solus potest pro arbitrio in parte suá constituere Officiales, quos vult. post Boer. Luc. de Penna, A. Faber. *in C.*

Divisionem Territorii factam quis sequatur Effectus?

L. 3. t. 26. def. 5. num. 1. Quam ipſam Territoriorum diviſionem dubio procul intelligunt, qui ſtatuunt, jurisdictionem Territorio inhærentem, cum ipſo Territorio dividi poſſe & ſolere Cujus ſententiæ ferè omnes eſſe videri, dicit Roſenth. *in l. cit. n 15.* Ita Baldus *ad c. 1. §. præterea Ducatus. de prohib. feud. alien. per Frid. 2. F. 55.* ſcribit, quòd jurisdictio poſſit dividi quoad Territorium, ut unus ultra flumen poſſideat. Plura allegat ad hoc Tiraq. *in tr. de jur. Primog. quæſt. 4. num. 50* (Quamvis, etſi per Regiones dividatur, apud ſingulos tamen eam in ſolidum manere & indiviſam, ac ſi eſſet penes unum. M. Steph. *d. tract. de jurisdict. libr. 1. c. 36. numer. 7.* obtendere velit.) Mod. Piſtor. *p. 2. quæſt. 86. numer. 13. & ſeqq.* Beſold. *in Theſ. Pract. voc.* Abtheilung der Herrſchafften / addens, nihil referre, ſive allodialis ſit jurisdictio, ſive feudalis. & in *voc.* zwey- oder dreyherrige Herſchafft / ubi inquit: & quemadmodum caſtrum vel Territorium dividi poteſt: ita etiam annexa ei jurisdictio eodem modo dividitur. Fulv. Pacian. *lib. 2. cap. 36. num. 78. & ſeqq.* qui ipſe *c. 43. num. 8.* inquit, jurisdictionis diviſionem cadere in feudum diviſibile; add. *n. 8. & d. c. 36. num 88. & 93.* per Territorii diviſionem procedere. Ar. de Meſa *Reſol. lib. 2. cap. 17. num. 10.* ubi dicit, quod in aliis caſibus non dicatur diviſio corporis jurisdictionis, ſed quoad commoditatem & adminiſtrationem: niſi divideretur Territorium, cui jurisdictio ineſt, ab illis, qui poſſent illud dividere.

VIII.

An Feudorum majorum diviſio licita jure Feudali?

Quamvis verò in feudis majoribus, Regalis, ut appellant, dignitatis, ut Ducatu, Principatu, Marchionatu, Landgraviatu, Burggraviatu, Comitatu Imperii: quorſum & Baronias & Vice-Comitatus refert Roſenth. *d. tr. cap. 9. m. 1. concl. 55. num. 2.* junct. *cap. 2. quæſt. 1.* diviſionem jurisdictionis per Territoria non admittat jus commune Feudale, etiam inter conſentientes conſortes ſeu Condominos, non conſentiente Imperatore, ob prohibitionem Imperatoris Friderici *in d. c. un. de prohib. feud. al. per Frid. 2. F. 55. §. 1. verſ. præterea Ducatus.* & ibi Feudiſtæ, ac Dd. comm. Gail. *lib. 2. obſ. 153. num. 1.* Klock. *de Ærar. lib. 2. c. 3.* Speidel. *in Syllog. voc. primogenitura.* Chriſtinæ, *Vol. 1. Deciſ. 185. num. 5. 6. 7.* Pacian. *d. l. 2. c. 36. num. 93.* licet benè quoad admini-

ministrationem, usum & exercitium, pro rata portionis feudalis, Costa *d. tract. de quot. & rat quaest. 87. num 8.* ubi plures alleg. (quanquam quoad administrationem seu jurisdictionem secùs statuit, & quòd scil. nunquam dividatur, nec administratione, exercitium in Feudo titulato, etiamsi plura habuerit Comes castra divisa, & castrorum respectu separatae videantur esse jurisdictiones, arbitratur Camer. *ad cap. Imperialem.* & tradit Joseph. Cûmia *in c. si aliquem in praelud. numer. 227.*) Ab eo tamen in Germania, notissima ejus consuetudine, non quidem ubique, tamen in quamplurimis familiis, Feuda regalia habentibus, recessum esse, & Territoria dividi quoad substantiam inter Successores, praeter Electoratuum, ob dispositionem Aur. Bull. *cap. 24.* ibi. Darumb wollen wir / und setzen / das ewiglich zuhalten / daß nun fürtan / zu künfftigen Zeiten / die Edlen und Großwürdigsten Fürstenthumb / alß daß Königreich zu Böhem / Graffschafft der Pfaltz bey Rhein / das Hertzogthum zu zu Sachsen / Marggraffschafft zu Brandenburg / und (der) Land / gebiet / Huldigung / dienstbarung / und jegliche dinge / die darzu gehören / wie die genant seynd / weder zertrennet / noch in einigerley Weg nicht zertheilt werden sollen / sondern in ihrer gantzen vollkommenheit bleiben ewiglich: Und der erstgebohrne Sohn soll Nachkommen seyn in den Sachen / und ihm soll alle Herrschafft und Recht folgen. Ad experientiam & notorietatem provocant quamplurimi Scriptores. Gail. *d. obs. 153. num. 2.* ibi: *hoc tamen ex notoriâ Germaniae consuetudine non observatur.* Vult. *3. Consil. Marpurg 35. numer. 245.* ibi: *Sed ex notissima Germaniae consuetudine illu derogatum est.* Plures adhuc, de Germaniâ attestantes, adducit Rosenth. *d. l. concl. 56.* qui idem ibidem *n. 5.* ad experientiam provocat. Nec abnuunt Recessus Imperii. Vid. *d. Rec. de ann 1576.* §. bey Berahtschlagung. 99. ibi: Da zween / drey oder mehr Stånd in Besitz und Niessung einer unzertheilten Herschafft seynd 2c. ubi propter expediendae Turcicae collectae celeritatem eam Procuratori Fiscali exigere licet ab eo ex Condominis, so daß Stammhauß besitzlich inn hat. Ergò divisione factâ à singulis fit exactio. per Recess. Imp. zu Regenspr. *Anno 1654.* §. *16.* So dann bleibts vermög der / *Anno 1576.* gemachter / Disposition darbey / daß der Cammergerichtliche Underhalt und Extantien

Consuetudinario Imperii?

bey

bey dem Stamhauß oder dessen possessore zufordern und zu exequiren; es wäre dann/ daß das Hauß/ oder Famili, ihre Herrschafften/ so wohl/ als deß Cammergerichts Underhalt under sich zertheilt/ solches dem Camergericht notificirt hette/ uff welchen Fall erstgemelte Forderung und Execution gegen jeden possessorem pro quota zurichten were. Ut sic mores paulatim ad jus, ante illam Friderici constitutionem obtinens, *per c. 1. in fin. de alienat. feud. 2. F. 39.* rem hanc reduxerint, Christinæ. *Vol. 1. Decis 38. num. 3. 7. 8.* Rosenth *d. tract. de feud. cap. 9. m. 1. concl. 55. num. 7.* Vix ergo tam latè procedunt, quæ producit L' Autheur *des Maximes des Princes & Estats Souverains, Joinct au traicté des Interests & maximes des Princes & des Estats Souverains du Duc de Rohan, au Chapitre des Maximes du Roy de Suede. pag. 149.* his verbis: *C' est une Coustûme receüe en Allemagne, que toutes les Principautes Seculieres, à la reserve des Electorats, se divisent, quand il y a plusieurs enfans dans une famille. De là viennent tant de partages, faits à diverses branches de Cadets dans plusieurs Maisons de Princes.* Rectè tn., difficile esse magna Territoria in communione diu conservari, idem Princeps Rohanensis *dans le traicté des Interests & maximes. au chapitre des discours sur l' affaire de la succession de Cleves & Juliers. pag. 54.* observavit; ubi ita de occupatione Clivensis & Juliacensis Ducatus, à Brandenburg. & Neoburgico facta. *Les enfans de Brandebourg & de Neubourg gouvernoient ce bel Estat ensemble: les forteresses estoient gardées par garnisons égales; ils habitoient en mesme Palais, & traittoient leurs affaires d' une commune main. Ce qui ne dura gueres, estant difficile, qu' un Estat se puisse gouverner long temps de la sorte, sans division. sur tout entre deux Princes de diverse maison, ou il y a quelque diversité en leur religion.*

IX.

Indivisa tamen saepenonnulla relinquuntur jura.

Ita tamen per Territoria hîc fit divisio, ut nihilominus singuli Dignitatis totius, quæ quippe indivisibilis, fatente Baldo, *Vol. 2. cons. 275. numer. 6.* titulum retineant. Quod ita, ubi divisio tali ratione fit, agnoscit Rosenth. *d. concl. 56 num. 16.* Verùm ex hoc colligere vult Reinking. *de R. S. & E. L. 1. Cl. 4. cap. 17. n. 19.* quòd non per Territoriorum, sed per eorundem & jurium ac regalium administrationes, ex usu divisio fiat; quam tamen

tamen illationem non necessariam arbitramur. Ad speciales familias abeunt hinc inde attestantes de hac divisionis consuetudine. De Saxoniæ, excepto Electorali, Territorio Knipsch. *d.l.cap.6.n.325. junct.n.295.* De Holsatiæ H. Vultej. *d. Vol.3.Consil. Marp. 35.num. 245.* Solent tamen, divisione, seu per Territoria, seu per eorundem administrationem facta, non rarò indivisa relinquere certa jura, non quòd non sint cum Territoriis divisibilia, sed majoris utilitatis & commoditatis gratia. Ita in Hassiæ Landgraviatu inter Principes Regentes jurata, perpetua & hereditaria conventione, cautum, daß das Heßische Hoff- und Revision-Gericht/ die Landtag Synodi und Zölle unzertheilt seyn sollen. teste Reink. *d. l. numer. 24.* Scilic. quondam, cùm administratio & emolumenta Landgraviatus Hassiæ inter agnatos dividerentur: nunc enim & ibi Jus primogenituræ introductum. Knipsch. *d. tr. c.6, num. 3 9.* Springsfeld. *de Apanag. c. 6. num. 2.* add. Instrum. Pac. *art. 15. in fin.* Territoriorum verò majorum & Condominia & Divisiones non carent suis difficultatibus atque incommodis.

X.

Communionis si non alia essent incommoda, quàm immensæ contentiones & rixæ, quas in rebus etiam exigui momenti, nedum ubi tam eminentia jura sunt implicita, depravata humani ingenii conditio parturit. *l. 7. §. 20 ff. de Leg. 2.* unde tritum illud: gemein ist selten ein: gemein war nie rein. quo de prolixè *in d. Disp. de Condom. th 46.* actum. His addi potest, quod res communes plerumque neglectui habentur. *L. 2. vers. naturale C. quand. & quib. quart. pars.* Castan. *de Sponsal. n. 58.* Delrio *de depos. num. 3. p. 474.* Franc. Connanus *Comm. Jur. Civ. Lib. 7. cap. 12. p. 457. lit. C.* Et multi opinantur, se nihil habere, quando totum non habent, & alios patiuntur suam rem corrumpi, dum alienæ invident. Brunnem. *ad d. L. 2. C. n. 5.* ut propterea frater, quandò videt fratrem malè uti suâ substantiâ, divisionem petere queat. Carpan. *Vol. 2. c. 483. n. 182.* Quæ ipsa incommoda ac difficultates etiam ad tertios serpunt ex Condominio. *d. R. I. de Ann. 1576. §.* bey berahtschlagung. *99.* Mev. *p. 2. decis. 342. num. 2.* maximè subditos, quorum propterea interest, plures Dominos non habere. Fab. de Anna *Cons. 39. n. 11.* Connanus *d. tr. lib. 3. cap. 10. p. 167.* A. Covarruvias *t. 1. de Reg. Jur.*

Recensentur Incommoda Territoriorum Communionis.

c. malæfidei. p. 3. in pr. n. 493. num. 5. Franc de Clapper, *c. 15. q. 2. num. 22 & seqq.* Possent hæ ipsæ rationes ad Condominia Territoriorum dissuadenda, aut per Divisionem dirimenda, satis adferre ponderis, præprimis quòd plerumque inter arctiùs conjunctos, colligatasque personas intercedunt. Et si inter privatos excitant ita, utut per accidens, Menoch. *Vol. 7. Consil. 609. n. 35.* discordias, quantò magis in Regnis. Asin. *de Execut § 9. c. 334. n. 15. & c. 347. n. 2.* Quid ob id ad Materiæ Condominii Territorialis illustrationem pertinens actum fuerit inter Juliacensis & Clivensis Ducatuum Successores, Seren. Brandenburgicam Palatinamque Neoburgicā domum post mortem ultimi Ducis, quæ anno 1609. 24. Mart. contigit, videri potest apud Meteran. *histor. Belg. p. 2. lib. 28.* & seqq. inter horum annor. acta relatum, maximè anni 1614. *fol. m. 423. & seqq.* ubi inter alia & hæc: Nun wollen wir wieder zu denen Gülchischen Landen kehren / alda wegen Einlägerung deß frembden Kriegs-Volcks / deßgleichen allerley Unordnungen / so der Regenten Uneinigkeit mit sich zu bringen pflegt / das Elend sich täglich mehr und mehr häuffete. Welchen / wo nicht abzuhelffen / jedoch etwas zu steuren und zu wehren / viel Christliche Potentaten sich bemühet / und durch ihre Gesandten eine Zusammenkunfft zu Santen angestellet haben. Quorum enim summus juxta Aristot. amor, eorum summa odia: & juxta Lucan.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

XI.

Divisionis. Verùm non est diffitendum, quòd nec ipsa eorundem *Divisio*, utut ad ejusmodi incommoda evitanda instituitur, Heig. *P. 1. q. 4. n. 26.* suis careat incommodis & difficultatibus. Unus, omnium loco, id videtur ostendere locus ap. Besold. *Thes. Pract. voc.* Abtheilung der Herrschafften. ubi notandum monet in hujusmodi divisionibus der Graff- und Herrschafften / rc. daß / was man zuvor / bey ungetheiltem Gut / mit einem Vogt / Holtzwart / und andern Beamten / mit halbem Unkosten versehen / man hernach in Abtheilung desselben / mit doppeltem verrichten muß. Dero halben es auch vielfältig wegen der jungen Gehäuen / Pfandungen / Straffen / Verleyhung der Ehehafften / der Hohen Obrigkeit Besetzung deß Gerichts / schwebenden Rechtfertigungen / und andern Respecten / allerhand Irr- und Zerrüttung / Zwitracht / Widerwillen

len und Vneinigkeit abgibt / es werden die Unterthanen gegeneinander verbittert / an die Nachbarliche Obrigkeit verhetzet und verleitet / und wie es in *contiguis Territoriis* pflegt herzugehen / unauffhörlichen Zwitrachten Thür und Thor auffgethan / zumal die Lehendienst / wegen allerley Mißverständnüß / unordentlicher Weiß geleistet / fället auch nicht wenig schwer / weil die Lehen ohne das auff einen Lehenträger gestellet werden müssen / wie eins und das ander sonder *Confusion* angestellet werden könte. *rc.* Sed incommoda sunt longè plura, quæ inde Familiis, præprimis Illustrium, maximè verò Sublimioris Imperii caracteris, oriuntur. Lacerationem Principatuum: Decoris & splendoris Imperii detrimentum: Dignitatis imminutionem: Collectionis collectarum difficultatem, & Matriculæ variationis multivariæ necessitatem ob oculos ex optimi commatis Authoribus ponit Reinking. *d. l. cl. 4 cap. 17. num. 6. & seqq.* Deletionem Familiarum memoriæ, ac Dignitatum corruptionem, Molin. *d. tr. de Primog. Hispan. b. 74. num. 5.*

XII.

Ex quo est, quòd Divisiones Ducatuum maximè improbentur. Knipsch. *d. tr. L. 2. c. 31. num. 48.* & ipsi Imperio damnosæ dicantur à Gail. *d. l. 2. O. 153. num. 3.* Quid de dividendo in Serenissimâ Ducali Saxon. Domo ab omni tempore servata consuetudine *ex Euphorm. Satyr. in Icon. anim. cap. 5.* referat d. Knipschild. *cap. 6. num. 325.* ibidem videri potest. Sed & alia omnia prudenter tentantur, Conventionibus, Pactis, Ultimis voluntatibus, Primogeniturâ, Senioratuum erectione, quò incomoda illa evitentur. Sæpiùs consiliis ac responsis ab integris Collegiis à Magnatibus petitis, ut hactenus aliquoties de inclyta hac & Magnifica Tub. Facultate factum. Ex omnibus Primogenituræ juris in Familias introductio paulatim facta publicæ Imperii utilitati maximè & æquissimè (siquidem & juri Nat. Tiraq. *de primog. in præf. num. 36. cum seqq.* & Divino, *Genes. 25. ac. 27. v. 29. Deut. 21. v. 17. 2. Paral. 21. v. 3.* & Gentium moribus. Myler. *in addit. ad Rumel. p. 3. diss. 5. ad th. 4.* convenire dicitur, ut supra jamjam relatum.) prospexisse putatur. Unde jam receptum in Serenissimâ Domo (recenseamus eas ex ordine à Knipschild. *in d. c. 6. num. 285. & seqq.* observato.) Austriaca,

Hae ferè solet improbari.

Et contra eam qualibet tentantur prudenter.

Iuris Primogenituræ magna hic ratio.

Bavarica, Badensi, Brunsvicensi, Clivensi, Hassiæ, Holsatiæ, Lotharingiæ, Megapolitana & Wirtembergicâ. Nec non nuperrimè in Oetingensi ad Principalem dignitatem evecta. Add. Rumelin. *d. l th. 5.* ubi & Myler. *in addit* & in *A. B. c. 24.* jam in Electoratibus receptum. In Comitatibus etiam quibusdam, referente Betsio *de pact. fam. illustr. c. 8. p. 341.* Sed & inter Nobiles nonnullos. Knipsch. *d. tr. c. 3. num. 31.*

XIII.

Communio tamen minùs benè audit. Hæc non potest perpetuò stabiliri.

Quicquid verò horum sit, vulgariter tamen & in aliis ferè omnibus Condominium seu Communio de jure communi & ap. Dd. malè audit, & publicam quietem plerumque, quanquam per accidens, ut dictum, impedit: ut propterea nulla privatorum conventio, nulla dispositio, quæ ejus perpetuitatem introduceret, permittatur, *l. fin.* ubi Dd. *C. comm. div.* per ea, quæ omnia latiùs in generalibus deducta in *d. Disp. de Condom. th. 46.* Quare quilibet Condominorum ad Divisionem provocare potest, Pacian. *de probat. Lib. 2. c. 36. num. 88.* Dn. J.V. Bechmann. *T. 1. Exerc. 15. num. 65.* Etiam unus ex pluribus, in communione manere volentibus: adeoque salvo ipsorum manente Condominio, divisio facienda. Brunnem. *ad L. 8. pr ff. Comm. Div.* quoniam in Communione invitum detineri, à jure reprobatur. *l 26. § 4. ff. de cond. ind.* ibi Brunnem. *n. 29. l. f. C. l. 14. § 2. ff. com. div.* B. Dn. Parens m. *ad h. t. § 3.* & nullo planè medio stabiliri potest. Menoch. *Vol. 3. Cons. 202. num. 75.* Belold. *p. 2. cons. 25. num. 9.* Ac. de Mesa *L. 3. c. 28. num. 13.* Add. Gail. *d. O. in fin.*

Except.

Repellitur tamen talis, si consuetudine bona quædam indivisibilia facta, tunc enim adjudicationi locum faciunt. Mev. *P. 4. Dec. 398. num. 6.* Dn. Bechmann. *d. l. num. 65.* Sanz. *d. tr. de Divis. Bonor. l. 1. c. 15. num. 1.* ut in pecunia v. gr. solutio, vel quasi divisio, fieri queat. *L. 3. c. 1. n. f.* Sunt, qui putant, etiam repelli quem, ubi communio stetit ultra 30. annos: quod & cum Glossa *ad l. si non sortem. 26. § centum 4. ff. de cond. ind* docet per *l. 1. § 1. C. de Ann. exc.* Dn. Brunnem. *dec 157. num. 2. & 3.* Verùm liceat nobis dissentire ex hactenus dictis & statuere, quòd si Condomini ad concordiam reduci nequeant, etiam per superiùs signata remedia, quâvis ratione ad divis. procedendum; Cùm enim præscriptio ipsa ad lites finiendas introducta. *l. f. ff.*

pro

pro suo. vix Condominii continuatio locum hîc sortiri poterit, ne ansa detur ulterior ad rixas. V. Speid. *Spec. Lit. G. num. 62. p. 463.* Et quod de præscriptione actionis Communi Dividundo adferri solet, pertinet ad præstationes personales, quas Condominus intra 30. annos à Condomino non repetiit: nullatenus verò rerum, communi jure hactenus possessarum, divisionis præscriptionem. arg. *d. l. fin. C. com. div.*

XIV.

Condominus ergo Territorii adire poterit Superiorem, ut dividere nolentem Condominum cogat ad suscipiendam divisionem, litesque dirimendas; etiamsi alter partem, pro indiviso sibi competentem, extraneo (aliter enim si Condomino, arg. *l. 6. § 9. ff. com. div.*) oppignoraverit, *d. l. 6. §. 8. l. 7. §. 13. d. t.* vel appareat fratrem seu Condominum post divisionem ob administrationem ipsi soli concessam, malè re suâ usurum, Carpan. *L. 2. c. 483. num. 182.* Haunold. *t. 4. c. 13. contr. 4.* Bitsch. *ad 2. F. 58. §. item sciendum. 2.* Sanz. *d. l. num. 6.* Nam ad evitanda discordiarum incommoda, renitentibus licet Vasallis, & aliàs Feudi Dominus instituit separationem Territorii, quod prius unitum. Heig. *P. 1. q. 19. n. 32.* & dividit jurisdictionis Dominium. Car. Molinæ. *in Consuet. Paris. §. 16.* E. & ipsam jurisdictionem Territor. Dn. Suevus *de Div. & Ind. §. 19.* Paurmeist. *d. tr. 1. c. 31. num. 12.* Carpan. *V. 2. c. 19. n. 11.* Besold. *de Success. & c. c. 32. num. 59.* Fab. de Anna *cons. 59. num. 43.* interpositis cautionibus de se ad invicem non impediendo. Pacian. *d. c. 36. num. 88.* in omnibus secundum Superioris, quem talem cuncti respiciunt, authoritatem pro voluntate ipsius uniendi vel separandi. Lud. de Casanate. *Cons. 43. num. 4.*

Quid si divisionem alter non vult admittere?

Essent quidem adhuc quam plurima ad hoc punctum pertinentia, adducenda & examinanda: Verum & illa & alia commodiori occasioni reservo. Mi verò L. B. si vel calamum minùs exasciatum per hanc elaborationem deprehendis, vel errores hinc inde commissos observas, veniam des quæso in angusto diffusoque argumento, ubi vel voluntas sufficere potuisset, occupato mihi, in erroribus ostensis haudquaquam perseverare cupienti. Nullo enim dissentiendi ardore, sed solo veritatis studio, ducimur; ideò, juxta illud Grotii, si quid ulla ratio-

Epilogus.

ne veritati dissentaneum, nec dictum esto. Quare spes submissè rogantem pulcherrima fovet, Te non Catonem, sed benignum fore censorem, ne, si nimis rigidus, vel ipse quid humani patiaris; nam ap. Horat.

Quandoque bonus dormitat Homerus.

Te autem, ô Immensa Trias, prolatis suppetiis, & eâ, qua nos hactenus quàm benignissimè sospitasti, clementia, omni laudis & devotionis præconio procumbentes veneramur, ipsimetque victimas precum nostrarum litantes, quò cætera molimina nostra sub almo cedant fulsamine, in Divinæ hujus Nemesis gloriam, publicum commodum, nostrumque incrementum.

SI VISUM FUERIT COMPLACITUMQUE DEO.

ERRATA.

Pag. 2. lin. 13. August. de Civ. D. *L. 5. c. 8. & c. XI.* p. 13. l. 26. pro *c. 1.* leg. *c. 2.* p. 30. l. [illegible] pro *23* leg. *13.* p. 31. l. 14. pro *c. 2.* leg. *c. 20.* p. 34. l. 6. pro *l. f. C. de amane.* leg. *l. f. pr. C. de servit.* & pro [illegible] leg. [illegible] add. *l. f. C. de praescr long. temp.* p. 35. l. 14. *l. 19.* [illegible] p. [illegible] l. 23. pro [illegible] leg. *man. test* p. 56. add. *B Parens m.* [illegible] p. [illegible] l. 23. add. so [illegible] Differentiâ.

I.

ERgò revivit? Seque, Prole nobili,
Ocellus ille Iurium
Orbi redonat? &, relicto clarior
Hujusce mundi { ludicrô, lubricô,
Ceu Solis ales, morte vivens propriâ,
Sui æmulum dat *Filium?*
Gaudete Amici, queis *Patris Scientia*
Arrisit, atque *Humanitas!*
Favete *Nato*, cui *Paterna* inest vigor
Ad alta tendens *indolis.*

Spirat

Spirat *Paternus* æmulator masculus
Refertque dignos *Spiritus*:
Eja & *Paterna Sors* Eum undique adjuvet,
Beet, coronet, evehat!

Præclariss. Dn. Cand. Lauterbachio,
Paternar. virtutum [illegible] Heredi,
Divinæ benedictionis [illegible]
ὁλο[illegible] apprecatur

Ferdinand-Christoph. Harpprecht, D. PP. Fac. Jur. h. t. Decanus.

II.

INnuit hoc specimen, quòd [illegible]
Sit successurum, Examen [illegible],
In Te Majorum se prodit & [illegible],
Hinc quoque Te maneant & [illegible] digna.

[illegible]

Joh. Grave. D. & Jur.
Can. Prof.

III.

MOribus insistens Patris, Virtutibus, atque
Eximiis studiis, ritè capessis iter
Ad geminam laudem: quo nomine gratulor: Euge!
Sic hæres Patrii culmen Honoris adi.

Ita PræNobili & PræClarissimo Dn. Candidato Fautori meo, quem tenero huc usque affectu piè prosequor, pro Summis in utroque Iure Honoribus egregio specimine disputanti, simulque Beati Dn. Parentis manibus ex animo & religiosè gratulor

Joh. Andreas Frommann/
J.U.D. & PP.

IV.

IV.

LEges, dum spectas, mi LAUTERBACHE frater,
Dixi, juste, Patris, Nominis & omen habes.
Ut quoque succedat cœptum, det Rector Olympi,
Et sic successive, Lampas justa Tibi.

[illegible]

Joh. Henricus Böhm. D.

V.

ME nisi Pythagoras fallit, PATRIS conceptio te
Spiritus: aut Phoenix hunc, redivive, probas.

Christophorus Caldenbach.

VI.

D[illegible] reliquit
[illegible] Lares.
[illegible] Parenti
[illegible] iter;
[illegible] pangens,
[illegible] domum.
[illegible] doctus,
[illegible] riget.
[illegible],
[illegible] manus.

[illegible]

Bened. Hoppert, PP.

VII.

MAjorum certis nostrorum encomia famæ:
Sicque Tibi laudes accelerare cupis.
Implebis, Frater, mensuram nominis, Euge!
Euge! fiet Virtus ipsa sibi pretium.

[illegible] fraternitatis [illegible] felicitatem precatus, [illegible]

Tobias Adam Lauterbach.

FINIS.

KONSERVIERT DURCH
ÖSTERREICHISCHE FLORENZHILFE
WIEN 1967

